Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Canadiana

59

ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ

LUCIANI SAMOSATENSIS OPERA

GRAECE ET LATINE

AD EDITIONEM

TIBERII HEMSTERHUSII

ET IOANNIS FREDERICI REITZII

ACCURATE EXPRESSA

ACCEDUNT

VARIAE LECTIONES

MSS. PARISIENSIUM

A IAC. NIC. BELIN DE BALLU COLLATORUM

CUM INDICIBUS

VOLUMEN DECIMUM

BIPONTI

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS

CIↃIↃCCXCIII

588.1
AA
HE
X

PA
4230
A2
1789
v.10

ΤΡΑΓΟΠΟΔΑΓΡΑ.

ΠΟΔΑΓΡΟΣ, ΧΟΡΟΣ, ΠΟΔΑΓΡΑ, ΑΓΓΕΛΟΣ, ΙΑΤΡΟΙ ΚΑΙ ΒΑΣΑΝΟΙ.

ΠΟΔ. Ὦ ΣΤΥΓΝΟΝ οὔνομ', ὦ θεοῖς στυγούμενον,
Ποδάγρα, πολυστένακτε, Κωκυτοῦ τέκνον,
Ἣν Ταρτάρου κευθμῶσιν ἐν βαθυσκίοις,
Μέγαιρ' Ἐριννὺς γαστρὸς ἐξεγείνατο,
Μαζοῖσί τ' ἐξέθρεψε, καὶ πικρῷ βρέφει
Εἰς χεῖλος ἐστάλαξεν Ἀληκτὼ γάλα,
Τίς τὴν δυσώνυμόν σε δαιμόνων ἄρα
Εἰς φῶς ἀνῆκεν; ἦλθες ἀνθρώποις βλάβος.

TRAGOPODAGRA.

PODAGRICUS, CHORUS, PODAGRA, NUNTIUS, MEDICI, TORTORES.

Pod. HEU triſte nomen, inviſum nomen Diis,
Podagra lacrimoſa, Cocyti genus,
Quam Tartari receſſibus in abditis
Megaera Erinnys utero fudit ſuo,
Et ubere aluit, & amarae parvulae
Stillavit in labella Alecto lac *malum.*
Quis ergo te, male ominatam Daemonum
Emiſit in lucem, labem mortalibus?

Εἰ γὰρ τεθνεῶσιν ἀμπλακημάτων τίσις
Βροτοῖς ὀπηδεῖ, τῶν ἔδρασαν ἐν φάει,
Οὐ Τάνταλον ποτοῖσιν, οὐδ' Ἰξίονα
Τροχῷ στροβητὸν, οὐδὲ Σίσυφον πέτρῳ
Ἔδει κολάζειν ἐν δόμοισι Πλουτέως·
Ἁπλῶς δὲ πάντας τοὺς κακῶς δεδρακότας
Τοῖς σοῖς προσάπτειν ἀρθροκηδέσιν πόνοις·
Ὡς μου τὸ λυπρὸν καὶ ταλαίπωρον δέμας,
Χειρῶν ἀπ' ἄκρων εἰς ἄκρας ποδῶν βάσεις,
Ἰχῶρι φαύλῳ, καὶ πικρῷ χυμῷ χολῆς
Πνεύματι βιαίῳ τῷδε διασφίγγον πόρους
Ἔστηκε, καὶ μεμυκὸς ἐπιτείνει πόνους.
Σπλάγχνων δ' ἐπ' αὐτῶν διάπυρον τρέχει κακὸν,
Δίναισι φλογμῶν σάρκα πυρπολούμενον,
Ὁποῖα κρητὴρ μεστὸς Αἰτναίου πυρὸς,

23 Ὁποῖα κρητὴρ) Κρατῆρας appellat ἐν τῷ περὶ τῆς Περεγρίνου τελευτῆς. (c. 4.) G.

Si namque poena peccatorum mortuos
Homines manet, quae vivi perpetrant:
Non unda Tantalum *fugiente*, aut Ixionem
Rota torquendum erat, neque saxo Sisyphum
Punire oportuit domo in Plutonia,
Omnes ad unum, sed maleficii reos
Tuis aptare membrifragis cruciatibus.
Ut aridum atque aerumnabile corpus meum
Manibus a summis ad pedum vestigia
Sanie mala atque amaro succo felleo
Violento spiritu clausis meatibus
Constitit! ut clausum dolores exacuit!
Quin viscera per ipsa ignitum currit malum,
Vorticibus flammarum carnem populans meam.
Qualis crater Aetneis plenus ignibus,

Ἡ Σικελὸς αὐλὼν ἁλιπόρου διασφάγος,
Ὅπου δυσεξέλικτα κυματούμενος,
Σήραγξι πετρῶν σκολιὸς εἱλεῖται κλύδων.
Ὦ δυστέκμαρτον πᾶσιν ἀνθρώποις τέλος,
Ὡς εἰς μάτην σε πάντες ἀμφιβάλλομεν,
Ἐλπίδι ματαίᾳ μωρὰ βουπολούμενοι.
ΧΟΡ. Ἀνὰ Δίνδυμον Κυβήβης
Φρύγες ἔνθεον ὀλολυγὴν
Ἀπαλῷ τελοῦσιν Ἄττει.
Καὶ πρὸς μέλος κεραύλου
Φρυγίου κατ' οὔρεα Τμώλου,
Κῶμον βοῶσι Λυδοί.
Παραπλῆγες δ' ἀμφὶ ῥόπτροις
Κελαδοῦσι Κρητὶ ῥυθμῷ
Νόμον εὐὰν Κορύβαντες.
Κλάζει δὲ βρίθουσα σάλπιγξ

36 Παραπλῆγες) Μαινόμενοι, ἔκφρονες. G.

Siculusve canalis fossae ponto perviae,
Ubi inexplicabilibus modis exaestuans
Cava per petrarum tortus fluctus volvitur.
Heu finis [*curatio mali*] nullius coniecturae patens!
Ut frustra omnes tibi fomenta apponimus!
Spe vana stultis lactati misere modis.
Chor. Per Dindymum Cybebes
Sacrum Phryges ululatum
Molli frequentant Atti.
Et ad cantum Ceraulae.
Phrygii per ardua Tmoli
Comum Lydi celebrant.
Insani circum clavis
Numeris Creticis modulantur
Nomon Euan Corybantes.
Clangit pleno tuba ore

Ἀρεϊ κρέκουσα θούρῳ
Πολεμηίαν αὐτήν.
Ἡμεῖς δέ σοι, Ποδάγρα,
Πρώταις ἔαρος ἐν ὥραις
Μύσται τελοῦμεν οἴκτους,
Ὅτε πᾶς χλοητόκοισι
Ποίαις τέθηλε λειμὼν,
Ζεφύρου δὲ δένδρεα πνοαῖς
Ἁπαλοῖς κομᾷ πετήλοις.
Ἁδὲ δύσγαμος κατ' οἴκους
Μερόπων θροεῖ χελιδὼν,
Καὶ νύκτερος καθ' ὕλαν
Τὸν Ἴτυν στένει δακρύοις
Ἀτθὶς γόοις ἀηδών.

ΠΟΔ. Ὦμοι πόνων ἀρωγὸν, ὦ τρίτου ποδὸς
Μοῖραν λελογχὸς βάκτρον, ἐξέρειδέ μου

Marti ſonans Gradivo
Belliſonum fragorem.
At nos tibi, Podagra,
Primas veris per horas
Agimus myſtae querelas,
Quando omne graminoſis
Efloruit pratum herbis,
Zephyrique a flatibus arbor
Molli folio frondeſcit:
Ac per domos male coniux
Noſtras hirundo ſtridit,
Nocturnaque per ſilvam
Ityn lacrimis frequentat
Atthis lugens aëdon.

Pod. Aiutor o laborum, o tertii pedis
Vicem ſortite, ſcipio, mihi fulcias

Βάσιν τρέμουσαν, καὶ κατίθυνον τρίβον,
Ἴχνος τε βαιὸν ὡς ἐπιστήσω πέδῳ.
Ἔγειρε τλῆμον γυῖα δεμνίων ἄπο.
Καὶ λεῖπε μελάθρων τὴν ὑπώροφον στέγην.
Σκέδασον δ' ἀπ' ὄσσων νύχιον ἀέρος βάθος,
Μολὼν θύραζε, καὶ πρὸς ἡλίου Φάος
Ἀθόλωτον αὖραν, πνεύματος Φαιδροῦ σπάσον.
Δέκατον γὰρ ἤδη τοῦτο πρὸς πέμπτῳ Φάει,
Ἐξ οὗ ζόφῳ σύγκλειστος ἡλίου δίχα,
Εὐναῖς ἐν ἀστρώτοισι τείρομαι δέμας.
Ψυχὴ μὲν οὖν μοι, καὶ προθυμία πάρα,
Βάσεις ἀμείβειν ἐπὶ θύρας ὡρμημένῳ.
Δέμας δὲ ναθρὸν οὐχ ὑπηρετεῖ πόθοις.
Ὅμως δ' ἐπείγου, θυμὲ, γιγνώσκων ὅτι
Πτωχὸς ποδαγρῶν, περιπατεῖν μὲν ἂν θέλῃ,
Καὶ μὴ δύνηται, τοῦτον ἐν νεκροῖς τίθει.

Gradum trementem, ſemitamque dirigas,
Veſtigium tenax ut infigam ſolo.
Hem membra ſuſcita, miſer, de ſtragulis,
Latebraſque linque nigri tectas culminis.
Oculis deterge nocturnam aëris caliginem,
Foras egreſſus ad blandum ſolis iubar
Intemeratam auram ſpiritus laeti trahe.
Nam decima haec ſupra quintam lux, *ni fallor*, eſt,
Ex quo tenebris concluſus & Phoebo carens,
Cubilibus non ſtratis corpus macero.
Animus mihi quidem & voluntas praeſto adeſt
Conanti greſſus alternare ad ianuas.
Sed corpus ignavum haud ſervit cupidini.
Tamen urge animum, probe qui noveris,
Podager mendicus ambulare ſi velit,
Nec poſſit, eſſe eum ponendum in mortuis.

Ἀλλ' εἶα.
Τίνες γὰρ οἵδε βάκτρα νεμῶντες χερῶν,
Κάρηνα σύλλοις ἀκτέας καταστεφεῖς·
Τίνα δαιμόνων ἄγουσι κωμαστὴν χορόν;
Μῶν, Φοῖβε Παιὰν, σὸν γεραίρουσιν σέβας;
Ἀλλ' οὐ στέφονται Δελφίδος σύλλῳ δάφνης.
Ἦ μή τις ὕμνος Βακχείων κωμάζεται;
Ἀλλ' οὐκ ἔπεστι κισσίνη σφραγὶς κόμαις.
Τίνες ποθ' ἡμῖν, ὦ ξένοι, βεβήκατε;
Αὐδᾶτε, καὶ πρόεσθε νημερτῆ λόγον.
Τίς δ' ἐστιν, ἣν ὑμνεῖτε, λέξατ', ὦ φίλοι.
XOP. Σὺ δ' ὢν τίς, ἡμᾶς, καὶ τίνων, προσεννέπεις;
Ὡς γάρ σε βάκτρον, καὶ βάσις μηνύετον,
Μύστην ὁρῶμεν τῆς ἀνικήτου θεᾶς.
ΠΟΔ. Εἷς εἰμι κἀγὼ τῆς θεᾶς ἐπάξιος;
XOP. Τὰν μὲν Κυπρίαν Ἀφροδίταν

Verum eia!
Etenim qui ſunt iſti baculis fulti manum,
Sambuci frondibus revincti tempora,
Cui nam Deorum agunt comiſſantem chorum?
Num, Phoebe Paean, numen hi colunt tuum?
Sed non cinguntur lauri folio Delphicae.
Hymnuſne bacchantum comiſſatum venit?
At non ineſt inſigne hederaceum comis.
Qui tandem nobis acceſſiſtis hoſpites?
Profamini, & veracem vocem emittite.
Quaenam eſt, quam canitis, amici, dicite.
Chor. Tu vero quis, quorumve, qui nos alloqueris?
Ut enim te baculus atque inceſſus indicant,
Myſtam videmus inſuperabilis Deae.
Pod. Egone & ipſe dignus unus ſum Dea?
Chor. Cypriam Venerem,

Σταγόνων προπεσοῦσαν ἄπ' αἰθέρος,
Ἀνεθρέψατο κόσμιον ἁρμογὰν
Ἅλιος ἐνὶ κύμασι Νηρεύς.
Τὰν δ' Ὠκεανοῦ παρὰ παγαῖς
Ζηνὸς παράκοιτιν Ὀλυμπίου,
Λευκώλενον εὐρέσι κόλποις,
Ἥραν ἐτιθήνατο Τηθύς.
Κορυφαῖσι δὲ κρατὸς ἐν ἀφθίτου
Ἐλόχευσε κόρης ἄτρομον φυὰν
Κρονίδας, μέγ' ἄριστος Ὀλυμπίων,
Τὰν ἐγρεκύδοιμον Ἀθάναν.
Τὰν δ' ἡμετέραν θεὸν ὀλβίαν
Ὁ γέρων λιπαραῖσιν ἐν ἀγκάλαις
Πρώταν ἐλόχευσεν Ὀφίων.
Ὅτ' ἐπαύσατο μὲν σκότιον φάος,
Ἀνέτειλέ τε λαμπέτις ἠώς,

98 Ἐγρεκύδοιμον) Ἐγείρουσαν. G.

Guttis delapſam ab aetheris,
Enutriit compage decentem
Marinus inter fluctus Nereus.
Oceani ad fontes
Iovis uxorem Olympii
Illam ulnis candidis, lato ſinu,
Iunonem lactavit Tethys.
De vertice capitis alterni
Reperit virginis imperterritam naturam
Saturnius, ſupremus coelitum,
Excitatricem belli Minervam.
Noſtram vero Deam beatam
Senex in mollibus ulnis
Primam generavit Ophion,
Cum deſineret tenebroſum Chaos,
Qrereturque fulgida Aurora,

Καὶ παμφαὲς ἀελίου σέλας,
Τότε καὶ Ποδάγρας ἐφάνη κράτος.
Ὅτε γὰρ λαγόνων σε τεκοῦσα
Μοῖρα Κλωθὼ τότ' ἔλουσεν,
Ἐγέλασσεν ἅπαν σέλας οὐρανοῦ,
Μέγα δ' ἔκτυπεν εὔδιος αἰθήρ,
Τὴν δ' εὐγλαγέτοις ἐνὶ μαζοῖς,
Εὔολβος ἐθρέψατο Πλούτων.

ΠΟΔ. Τίσι δ' ἐν τελεταῖς ὀργιάζει προσπόλους;

ΧΟΡ. Οὐχ αἷμα λάβρον προσχέομεν ἀπὸ στόματος σιδάρου,
Οὐ τριχὸς ἀφέτου λυγίζεται στροφαῖσιν αὐχήν,
Οὐδὲ πολυκρότοις ἀστραγάλοις πέπληγε νῶτα,
Οὐδ' ὠμὰ λακιστὰ κρέα σιτούμεθα ταύρων.
Ὅτε δὲ πτελέας ἔαρι βρύει τὸ λεπτὸν ἄνθος,
Καὶ πολυκέλαδος κάσσυφος ἐπὶ κλάδοισιν ᾄδει,

Et lucidum ſolis iubar:
Tunc Podagrae vis apparuit.
Cum enim ilibus te enixa
Parca Clotho deinde abluit,
Riſit omne iubar coeli,
Valdeque inſonuit ſerenus aether.
Eam vero de lacteſcentibus uberibus
Dives nutrivit Pluto.

Pod. Quibus at ſuos ſacris ſocios inaugurat?

Chor. Non ſanguinem impetuoſum affundimus de acie ferri:
Non crinis liberi nodis implectitur cervix:
Nec ſonantibus terga talis concrepant:
Neque crudis, laceris, taurorum carnibus veſcimur:
Sed quando ulmi vere tener flos abundat,
Et arguta cantat in ramis merula;

Τότε διὰ μελέων ὀξὺ βέλος πέπηγε μύσταις,
Ἄφανὲς, κρύφιον, δεδυκὸς ὑπὸ μυχοῖσι γυίων,
Πόδα, γόνυ, κοτύλην, ἀστραγάλους, ἰσχία, μηροὺς,
Χεῖρας, ὠμοπλάτας, βραχίονας, κόρωνα, καρποὺς,
Ἐσθίει, νέμεται, φλέγει, κρατεῖ, πυροῖ, μαλάσσει,
Μέχρις ἂν ἡ θεὸς τὸν πόνον ἀποφυγεῖν κελεύσῃ.
ΠΟΔ. Εἷς ἆρα κἀγὼ τῶν κατωργιασμένων
Ἔλαθον ὑπάρχων; τοι γὰρ ἥκετω πρευμενὴς
Δαίμων φανεῖσα, σὺν δ' ἐγὼ μύσταις ὁμοῦ
Ὕμνων κατάρξω, τὸ ποδαγρῶν ᾄδων μέλος.
ΧΟΡ. Σίγα μὲν, αἰθὴρ, καὶ νήνεμος ἔστω,
Καὶ πᾶς ποδαγρῶν εὐφημείτω.
Ἰδὲ πρὸς θυμέλας κλινοχαρὴς
Βαίνει δαίμων, σκίμπωνι βάσιν στηριζομένη.
Χαίροις μακάρων πολυπραοτάτη,
Καὶ σοῖς προπόλοις ἵλαος ἔλθοις,

Tunc per membra acutum telum haeret myſtis,
Obſcurum, latens, ſubiens receſſus artuum,
Pedem, genu, acetabulum, talos, coxendices, femora,
Manus, ſcapulas, brachia, roſtra, carpos,
Adedit, depaſcitur, urit, tenet, inflammat, coquit,
Donec Dea faceſſere dolorem iuſſerit.
Pod. Unum ergo initiatorum ego memet quoque
Eſſe, ignorabam. Igitur venito propitia
Dea apparens: tuis ego cum myſtis ſimul
Hymnos incipiam, podagrorum carmen canens.
Chor. Taceto, coelum, & tranquillum eſto,
Omnis podager linguis faveto.
En ad altaria lecto gaudens
Vadit Diva, ſcipione gradum
Sibi fulciens. Salve Divûm
Mitiſſima tu, famuliſque tuis

Ὄμματι Φαιδρῷ, δοίης δὲ πόνοις λύσιν ἐκτελέσαι,
Ταῖς δ' εἰαριναῖς ὥραις.

ΠΟΔ. Τίς τὴν ἀνίκητόν με δεσπότιν πόνων
Οὐκ οἶδε ποδάγραν, τῶν ἐπὶ χθονὸς βροτῶν;
Ἣν οὔτε λιβάνων ἀτμὶς ἐξιλάσκεται,
Οὔτε χυθὲν αἷμα βωμίοις παρ' ἐμπύροις,
Οὐ ναὸς ὅλβου περικρεμὴς ἀγάλμασιν.
Ἣν οὔτε Παιὰν φαρμάκοις νικᾶν σθένει,
Πάντων ἰατρὸς τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν,
Οὐ παῖς ὁ Φοίβου πολυμαθὴς Ἀσκληπιός.
Ἐξ οὗ γὰρ ἔφυη πρῶτον ἀνθρώποις γένος,
Τολμῶσι πάντες τοὐμὸν ἐκβαλεῖν σθένος,
Κυκῶντες ἀεὶ φαρμάκων τεχνήματα.
Ἄλλος γὰρ ἄλλην ἐπ' ἐμὲ πειράζει τέχνην·
Τρίβουσιν ἀρνόγλωσσα, καὶ σέλινά μοι,

Placida adeſto lumine blando.
Tribuaſque dolori finem celerem
His temporibus vernis.

Pod. Quis inſuperabilem dolorum me dominam
Podagram non novit in terra mortalium?
Quam nec vapor turis placare aerem poteſt,
Nec affuſus focis ardentibus cruor,
Non aedes ſigna divitum ſuſpenſa habens:
Quam nec Paean medicamentis ſuperare valet,
Cunctorum Coelitum medicus Deûm licet:
Non filius Phoebi peritus Aeſculapius.
Etenim qua primum aetate hominum genus exſtitit,
Meam volunt omnes eiicere potentiam,
Miſcentes ſemper pharmacorum artificia.
Alius enim aliam contra me tentat viam.
Terunt plantaginem, atque apia mihi *terunt*,

Καὶ φύλλα θριδάκων, καὶ νομαίαν ἀνδράχνην,
Ἄλλοι πράσιον, οἱ δὲ ποταμιγείτονα,
Ἄλλοι κνίδας τρίβουσιν, ἄλλοι σύμφυτον,
Ἄλλοι φακοὺς φέρουσι τοὺς ἐκ τελμάτων,
Σταφυλίνον ἔφθον, οἱ δὲ φύλλα Περσικῶν,
Ὑοσκύαμον, μήκωνα, βολβοὺς, σίδια,
Ψύλλιον, λίβανον, ῥίζαν ἑλλεβόρου, νίτρον,
Τῆλιν μετ' οἴνου, γυρίνην, κολλάμφακον,
Κυπαρισσίνην κικῖδα, γύριν κριθίνην,
Κράμβης ἀπέφθου φύλλα, γύψον ἐκ Γάρου,
Σπυράθους ὀρείας αἰγὸς, ἀνθρώπου κόπρον,
Ἄλευρα κυάμων, ἄνθος Ἀσίου λίθου.
Ἑψουσι φρύνους, μυγαλὰς, σαύρας, γαλᾶς,
Βατράχους, ὑαίνας, τραγελάφους, ἀλώπεκας.
Ποῖον μέταλλον οὐ πεπείραται βροτοῖς;
Τίς οὐχὶ χυμός; ποῖον οὐ δένδρου δάκρυ;

Et folia lactucarum, & portulacam feram:
Hi marrubium, ſed aquaticam hi plantaginem,
Alii urticas, alii conſolidam conterunt:
Alii lentes ferunt natas paludibus,
Paſtinacam coctam, folia iſti Perſici,
Hyoſcyamum, papaver, bulbos, malicorium,
Pulicariam, tus, radicem hellebori, nitrum,
Siliquam cum vino, ranae ſperma, collamphacon,
Cupreſſi pilam, pollinem hordeaceum,
Crambes folia crudae, garum e liquamine,
Globulos caprae montanae, hominis ſtercus *terunt*,
Farinam fabarum, lapidis florem Aſſii.
Coquunt rubetas, muſtelas, lacertas & catos,
Ranas, hyaenas, hircocervos & vulpeculas.
Metallum quod non tentatum eſt mortalibus?
Quis non ſuccus? quae non eſt lacrima arboris?

Ζώων ἁπάντων ὀστᾶ, νεῦρα, δέρματα,
Στέαρ, αἷμα, μυελὸς, οὖρον, ἀπόπατος, γάλα.
Πίνουσιν οἱ μὲν τὸ διὰ τεσσάρων ἄκος,
Οἱ δὲ τὸ δι' ὀκτώ· τὸ δὲ δι' ἑπτὰ πλείονες.
Ἄλλος δὲ πίνων τὴν ἱερὰν, καθαίρεται.
Ἄλλος ἐπ' ἀοιδαῖς ἐπιθετῶν ἐμπαίζεται.
Ἰουδαῖος ἕτερον μῶρον ἐξάδει λαβών.
Ὁ δὲ θεραπείαν ἔλλαβε παρὰ τῆς χράνης.
Ἐγὼ δὲ τούτοις πᾶσιν οἰμώζειν λέγω,
Καὶ τοῖς ποιοῦσι ταῦτα, καὶ πειρῶσί με,
Εἴωθ' ἁπάντων μᾶλλον ὀργιλωτέρα.
Τοῖς δὲ Φρονοῦσι μηδὲν ἀντίξουν ἐμοὶ,
Ἤπιον ἔχω νοῦν, εὐμενής τε γίγνομαι.
Ὁ γὰρ μεταλαβὼν τῶν ἐμῶν μυστηρίων,
Πρῶτον μὲν εὐθὺς εὐστομεῖν διδάσκεται,
Τέρπων ἅπαντας, εὐτραπέλους λέγων λόγους.

Animalium omnium oſſa, nervi, coria,
Pingue, cruor, ſtercus, medulla, urina, lac.
Bibunt alii quatuor de rebus pharmacum,
Sed octuplex alii, ſeptemplex plurimi.
Alius ſacro epoto purgatur pharmaco.
Carminibus alius impoſtorum luditur.
Iudaeus nactus ſtultum excantat alterum.
Alius medicinam capit e nido hirundinis.
Ego vero dico plorare his omnibus,
Facientibuſque talia, & me tentantibus,
Conſuevi tanto occurrere iracundior.
Sed qui nihil ſapiunt mihi contrarium,
Animam gero mitem, & fio placabilis.
Myſteriorum namque factus particeps,
Primo ſtatim linguae moderari inſtituitur,
Omnes oblectans, & lepidos dicens iocos,

Πᾶσιν δ' ὁρᾶται μετὰ γέλωτος, καὶ κρότου,
Ὅτε ἐπὶ λουτρὰ Φερόμενος βαστάζεται.
Ἄτην γὰρ, ἣν Ὅμηρος εἶπεν, εἰμ' ἐγὼ,
Βαίνουσ' ἐπ' ἀνδρῶν κρᾶτα, καὶ βάσεις ποδῶν
Ἁπαλὰς ἔχουσα, παρὰ δὲ τοῖς πολλοῖς βροτῶν
Ποδάγρα καλοῦμαι, γιγνομένη ποδῶν ἄγρα.
Ἀλλ' εἶα μύσται πάντες ὀργίων ἐμῶν,
Γεραίρεθ' ὕμνοις τὴν ἀνίκητον θεάν.
XOP. Ἀδαμάντινον ἦθος ἔχουσα κόρα,
Πουλυσθενὲς, ὀβριμόθυμε θεὰ,
Κλύε σῶν ἱερῶν μερόπων ἐνοπὰς,
Μέγα σὸν κράτος ὀλβιόφρον Ποδάγρα.
Τὰν καὶ Διὸς ὠκὺ πέφρικε βέλος,
Τρομέει δέ σε κύμαθ' ἁλὸς βαθείης,
Τρομέει βασιλεὺς ἐνέρων ἀΐδας,
Ἐπιθεσμοχαρὲς, κατακλινοβατὲς,

Ab omnibus cum riſu & plauſu cernitur,
Dum defertur geſtatione ad balneas.
Aten etenim quam dixit Homerus, ipſa ſum.
Per capita iens virûm, pedum veſtigia
Habens tenera: verum vulgo mortalium
Podagra vocor, quaſi pedum captura ſim.
Verum eia myſtae cuncti noſtrorum orgiûm
Honorate hymnis inſuperabilem Deam.
Chor. Adamantina pectora habens puera,
Fortis, graviterque animoſa Dea,
Audi ſanctorum tibi voces hominum.
Tua magna vis eſt, opum amans Podagra,
Quam tela Iovis quoque torta timent:
Tremuntque te fluctus profundi maris,
Tremitque tyrannus Pluto inferûm.
Gaudens ligamentis, lectos obiens,

Κωλυσοδρόμα, βασαναστραγάλα,
Σφυροπρησιπύρα, μογισαψεδάφα,
Δοιδυκοφόβα, γονυκλαυσαγρύπνα,
Περικονδυλοπωροφίλα,
Γονυκαμψεπίκυρτε Ποδάγρα.

ΑΓ. Δέσποινα, καιρίῳ γὰρ ἥντησας ποδὶ,
Ἄκουε, ἔπος γὰρ οὐκ ἐτώσιον φέρω.
Ἀλλ' ἔστι πρᾶξις τῶν λόγων συνέμπορος.
Ἐγὼ γὰρ, ὡς ἔταξας, ἠρέμῳ ποδὶ,
Πόλεις ἰχνεύων, πάντας ἠρεύνων δόμους,
Μαθεῖν ποθῶν, εἴ τις σὸν οὐ τιμᾷ κράτος·
Καὶ τῶν μὲν ἄλλων εἶδον ἥσυχον φρένα,
Νικωμένων, ἄνασσα, σαῖν βίᾳ χεροῖν.
Δύω δὲ τώδε φῶτε τολμηρὼ θράσει,
Ἐφραζέτην λαοῖσι, καὶ κατωμνύτην,
Ὡς οὐκ ἔτ' ἐστὶ σὸν κράτος σεβάσμιον,

Curſum prohibes, talos crucias,
Malleolos uris, vix tangis humum:
Piſtilli timens, genufraga pernox,
Callum articulis inducere amans,
Genua inflectens incurva Podagra.

Nunt. Domina, opportuno enim venis obviam pede
Audi, ſermonem namque non vanum affero.
Sed res aequo paſſu cum verbis ambulat.
Ego nimirum, uti iuſſeras, placido pede,
Urbes veſtigans, omnes ſcrutabar domos,
Videre volens, ſi quis tuam vim negligat:
Et reliquorum tranquilla vidi pectora,
Superatorum, regina, tui vi roboris.
Verum duo viri iſti, freti audacia,
Populis dicebant, addito periurio,
Non eſſe vim tuam venerabilem amplius,

Ἀλλ' ἔκβολον βροτῶν σε θήσουσιν βίου.
Διόπερ κραταιῶς συνοχμάσας δεσμῷ πόδα
Πεμπταῖος ἥκω, στάδια διανύσας δύο.
ΠΟΔ. Ὡς κραιπνὸς ἔπτης, ἀγγέλων ὤκιστέ μοι.
Τίνος δὲ καὶ γῆς ὅρια δυσβάτου λιπὼν
Ἥκεις; σαφῶς μήνυσον, ὡς ἴδω τάχος.
ΑΓ. Πρῶτον μὲν ἔλιπον πέντε βαθμῶν κλίμακα,
Ξύλων τρέμουσαν διαλύτοισιν ἁρμογαῖς,
Ὅθεν με δέχεται κορδυβαλλῶδες πέδον,
Σκληροῖσι ταρσοῖς ἀντερεῖδον κρούμασιν.
Ὅπερ διανύσας ἴχνεσιν ἀλγεινοῖς ἐγὼ,
Ἐστρωμένην χάλιξιν εἰσέβην ὁδὸν,
Καὶ δυσπάτητον ὀξέσιν κέντροις λίθων.
Μεθ' ἣν ὀλίσθῳ περιπεσὼν λείας ὁδοῦ,
Ἐσπευδον εἰς τὸ πρόσθε, διάλυτος δέ μου
Ἔσυρεν ὀπίσω πηλὸς ἀσθενῆ σφυρά.

Hominum de vita ſe facturos exſulem.
Adſtrictis ergo fortiter vinclis pedum
Quinto venio die duûm ſtadiûm via.
Pod. Agilis volaſti, nuntiorum mi celerrime,
Cuius ſed terrae linquens fines aſperos
Venis? dilucide indica, quo mox ſciam.
Nunt. Primo reliqui quinorum ſcalas graduum,
Trabium trementes luxatis compagibus.
Hinc accepit me fuſtibus ſtratum ſolum,
Pulſu talis renitens *aegris* aſpero.
Quod emenſus dolentibus veſtigiis
Stratam ſilicibus intravi viam,
Stimuliſque lapidum acutis incalcabilem.
Poſt in labem delapſus lubricae viae,
Nitebar antrorſus, ſolutum ſed mihi
Talos retro trahebat infirmos lutum.

Δι' ἧς περῶντι, νότιος ἐκ μελῶν ἱδρὼς
Ἐρρει, βάσιν μου σαθρὰν ἐκλυομένῳ.
Ὅθεν με δέχεται πᾶν δέμας κεκμηκότα,
Πλατεῖα μὲν κέλευθος, ἀλλ' οὐκ ἀσφαλής.
Τὰ μὲν γὰρ ἔνθεν, τὰ δὲ ἐκεῖθεν ὀχήματα
Ἤπειγεν, ἠνάγκαζεν, ἔσπερχεν τρέχειν.
Ἐγὼ δὲ νωθρὸν ἐλαφρὰ κουφίζων πόδα,
Δόγμιος ἔβαινον εἰσόδου πέζαν στενὴν,
Ἕως ἀπήνη παραδράμῃ τροχήλατος.
Μύστης γὰρ ὢν σὸς, ταχὺ τρέχειν οὐκ ἔσθενον.
ΠΟΔ. Οὐκ εἰς μάτην, βέλτιστε, πρᾶξις ἥδε σοι
Ὀρθῶς πέπρακται, τῇ δὲ σῇ προθυμίᾳ
Ἰσαισι τιμαῖς ἀντισηκώσω χάριν.
Ἔστω δέ σοι δώρημα θυμῆρες τόδε,
Ἐξῆς τριετίας πειράσῃ κούφων πόνων.
Ὑμεῖς δὲ μιαροὶ, καὶ θεοῖς ἐχθίστατοι,

Hac tranſeunti ſudor membris humidus
Fluit, per inceſſum ſoluto putridum.
Toto fatigatum me corpore excipit
Satis lata illa, ſed non tuta nimis via.
Haec hinc, at illinc iſta nam vehicula
Urgentque, coguntque, imperantque currere.
Ego vero tardos levans cito pedes
Obliquus arctam ſemitam viae peto,
Dum plauſtrum praetereat ſuis actum rotis.
Myſtes enim tuus nequibam currere.
Pod. Non fruſtra, amice noſter, illa res tibi
Bene adminiſtrata eſt. Verum ſtudio tuo
Dignis honoribus rependam gratiam.
Iſtuc animo placens habe munus tibi,
Abhinc triennio leves dolores ſenties.
At vos impuri, vos Dis inviſiſſimi,

Τίνες πότ' ὄντες, καὶ τίνων πεφυκότες,
Τολμᾶτε Ποδάγρας ἀνθαμιλλᾶσθαι κράτει;
Τῆς οὐδ' ὁ Κρονίδας οἶδε νικῆσαι βίαν.
Λέγετ', ὦ κάκιστοι, καὶ γὰρ ἡρώων ἐγὼ
Ἐδάμασα πλείστους, καὶ γ' ἐπίστανται σοφοί.
Πρίαμος ποδάρκης, ποδαγρὸς ὢν, ἐκλήιζετο.
Ἔθανε δ' Ἀχιλλεὺς ποδαγρὸς ὢν, ὁ Πηλέως.
Ὁ Βελλεροφόντης, ποδαγρὸς ὢν, ἐκαρτέρει.
Θηβῶν δυνάστης Οἰδίπους ποδαγρὸς ἦν.
Ἐκ τῶν Πελοπιδῶν ποδαγρὸς ἦν ὁ Πλεισθένης.
Ποίαντος υἱὸς ποδαγρὸς ὢν, ἦρχε στόλου.
Ἄλλος Ποδάρκης Θεσσαλῶν ἦν ἡγεμών·
Ὃς ἐπείπερ ἔπεσε Πρωτεσίλαος ἐν μάχῃ,
Ὅμως ποδαγρὸς ὢν, καὶ πονῶν, ἦρχε στόλου.
Ἰθάκης ἄνακτα Λαερτιάδην Ὀδυσσέα
Ἐγὼ κατέπεφνον, οὐκ ἄκανθα τρυγόνος.

Quinam? quibus nati parentibus,
Audetis obniti podagrae viribus?
Cuius viciſſe vim neſcit Saturnius.
Quin dicitis, exſecrabiles! Heroum namque ego
Subegi plurimos. Docti vates ſciunt.
Priamus Podarces dictus a vitio pedum.
Periit pede captus Achilles Peleo ſatus.
Bellerophontes pedum dolores pertulit.
Thebanus Oedipus captus pedibus fuit.
Pelopidas inter Pliſthenes podagricus.
Podager claſſem duxit Poeantis filius.
Alius Podarces Theſſalorum dux erat,
Qui, cum cecidiſſet Proteſilaus proelio,
Pede captus & laborans claſſi praefuit.
Ithacae tyrannum Ulyſſem Lartium
Peremi ego, non *marini* ſpina turturis.

Ὡς οὔτι χαιρήσοντες, ὦ δυσδαίμονες,
Ἴσην πάθησθε κόλασιν οἷς δεδράκατε.
ΙΑΤ. Σύροι μέν ἐσμεν, ἐκ Δαμασκοῦ τῷ γένει,
Λιμῷ δὲ πολλῷ καὶ πενίᾳ κρατούμενοι,
Γῆν καὶ θάλασσαν ἐφέπομεν πλανώμενοι.
Ἔχομεν δὲ χρίσμα πατροδώρητον τόδε,
Ἐν ᾧ παρηγοροῦμεν ἀλγούντων πόνους.
ΠΟΔ. Τί δὴ τὸ χρίσμα, καὶ τίς ἡ σκευή; Φράσον.
ΙΑΤ. Μύστης με σιγᾶν ὅρκος, οὐκ ἐᾷ Φράσαι,
Καὶ λοίσθια θνήσκοντος ἐντολὴ πατρός.
Ὃς ἔταξε κεύθειν Φαρμάκου μέγα σθένος,
Ὃ καὶ σὲ παύειν οἶδεν ἠγριωμένην.
ΠΟΔ. Εἶτ', ὦ κατάρατοι, καὶ κακῶς ὀλούμενοι,
Ἔστιν τις ἐν γῇ Φαρμάκου δρᾶσις τόση,
Ὃ χρισθὲν οἶδε τὴν ἐμὴν παῦσαι βίαν;
Ἀλλ' εἶα, τήνδε σύμβασιν συνθώμεθα,

Nihil ergo gaviſuri, infeliciſſimi,
Aequam ſubite poenam veſtris actibus.
Med. Syri ſumus, Damaſco ducimus genus,
Fame ſubacti, multa victi inopia,
Terram pererramus totam vagi, & mare:
Habemus hoc unguentum acceptum a patribus,
Solamur hoc poenas dolentium *pedes.*
Pod. Quod iſtud eſt unguentum? quae paratio?
Med. Iurata fides tacere, non loqui ſinit,
Et ultimum morientis praeceptum patris.
Qui iuſſit occultare nos vim pharmaci,
Quod ſaevientem te quoque ſcit compeſcere.
Pod. Ergo, exſecrabiles, maleque perditi,
Supereſt in orbe tanta pharmaci potentia,
Quod poſſit inunctum vim meam compeſcere?
Sed eia paciſcamur pactum eiuſmodi:

Καὶ πειράσωμεν, εἴτε φαρμάκου σθένος
Ὑπέρτερον πέφυκεν, εἴτ' ἐμαὶ φλόγες.
Δεῦτ', ὦ σκυθρωπαὶ, πάντοθεν ποτώμεναι
Βάσανοι, πάρεδροι τῶν ἐμῶν βακχευμάτων,
Πελάζετ' ἄσσον. καὶ σὺ μὲν ποδῶν ἄκρους
Φλέγμαινε ταρσοὺς δακτύλων ποδῶν ἄχρι.
Σὺ δὲ σφυροῖς ἔμβαινε. σὺ δὲ μηρῶν ἄπο
Ἐς γόνατα λείβε πικρὸν ἰχώρων βάθος.
Ὑμεῖς δὲ χειρῶν δακτύλους λυγίζετε.

ΠΟΝ. Ἰδ', ὡς ἔταξας, πάντα σοι δεδράκαμεν,
Κεῖνται βοῶντες οἱ ταλαίπωροι μέγα,
Ἅπαντα γυῖα προσβολῇ στρεβλούμενοι.

ΠΟΔ. Φέρετ', ὦ ξένοι, μάθωμεν ἀτρεκέστατον,
Εἰ χρισθὲν ὑμᾶς φάρμακον τόδ' ὠφελεῖ.
Εἰ γὰρ σαφῶς τόδ' ἐστιν ἀντίξουν ἐμοὶ,
Λιποῦσα γαῖαν, εἰς μυχοὺς εἶμι χθονὸς,

Tentemus, utrum pharmaci potentia
Natura ſit valentior, an meae faces?
Huc, o ſeverae, huc convolantes undique
Poenae, comites meorum baechanalium,
Propius venite. Tu quidem pedum extimas
Soleas aduritó digitos ad uſque pedum.
Tu malleolos invade. Tuque a femoribus
Ad genua ſtilla amaram in intima ſaniem.
Sed vos manuum digitos, *agite*, conſtringite.

Poen. En omnia, ut iuſſiſti, tibi peregimus.
Iacent, voces edunt miſeri miſerabiles,
Per membra torti cuncta noſtro ab impetu.

Pod. Agite, hoſpites, diſcamus iam veriſſime,
Inunctum vos veſtrum iuvetne pharmacum?
Nam ſi liquido illud eſt mihi contrarium,
Terra relicta abeo telluris in ſinus,

Ἄϊστὸς, ἀφανὴς, πύματα Ταρτάρου βάθη.
ΙΑΤ. Ἰδοὺ, κέχρισται, καὶ χαλᾷ φλογμὸν πόνων. 295
ΠΟΔ. Οἴ μοι, παπαί γε, τείρομαι, διόλλυμαι,
Ἅπαν πέπαρμαι γυῖον ἀσκόπῳ κακῷ·
Οὐ Ζεὺς κεραυνοῦ τοῖον αἰωρεῖ βέλος,
Οὐδεὶς θαλάσσης τοῖα μαίνεται κλύδων,
Οὐδὲ στροβητὴ λαίλαπος τόση βία. 300
Μὴ κάρχαρον πορθεῖ με δῆγμα Κερβέρου;
Μή τις ἐχίδνης ἰὸς ἀμφιβόσκεται;
Ἢ διαβρεχὴς ἰχῶρι Κενταύρου πέπλος;
Ἐλέαιρ', ἄνασσα, φάρμακον γὰρ οὔτ' ἐμὸν,
Οὔτ' ἄλλο, δύναται σὸν ἀναχαιτίσαι δρόμον, 305
Ψήφοις δὲ πάσαις πᾶν ἔθνος νικᾷς βροτῶν.
ΠΟΔ. Παύσασθε, βάσανοι, καὶ πόνους μειώσατε
Τῶν μετανοούντων εἰς ἐμὴν ἔριν μολεῖν·
Γιγνωσκέτω δὲ πᾶς τις, ὡς μόνη θεῶν

Ignota, inviſa, profunda in ima Tartari.
Med. En eſt inunctum: nec poenae minuit faces.
Pod. Hei, hei! Papae! *perii*, conſumor, occidi!
Caeco per omnia membra fixus ſum malo.
Fulminis haud tale telum vibrat Iuppiter,
Maris nec ullus tantundem fluctus furit:
Nec torta tanta eſt turbinis vehementia.
Aſperne me populatur morſus Cerberi?
Num viperae venenum me depaſcitur?
Saniene Centauri madet mihi pallium?
Miſerere, Diva, pharmacum nam nec meum,
Nec ullum, inhibere tuum curſum poteſt.
Punctiſque cunctis omne genus ſuperas hominum.
Pod. Ceſſate, Poenae, & his dolores minuite,
Quos contendiſſe rixa mecum poenitet.
Cognoſcat unuſquiſque, me ſolam Deûm

Ἀτεγκτος οὖσα, φαρμάκοις οὐ πείθομαι.
ΧΟΡ. Οὔτε Διὸς βρονταῖς, Σαλμωνέος ἥρισε βία,
Ἀλλ' ἔθανε ψολόεντι δαμεῖσα θεοῦ φρένα βέλει.
Οὐκ ἐρίσας ἐχάρη Φοίβῳ Σάτυρος Μαρσύας,
Ἀλλὰ λιγὺ ψαίρει κείνου περὶ δέρμα πίτυς.
Πένθος ἀείμνηστον δ' ἔριν τοκὰς ἔσχε Νιόβη,
Ἀλλ' ἔτι μυρομένη, προχέει πολὺ δάκρυ Σιπύλῳ.
Μαιονία δ' Ἀράχνη Τριτωνίδος ἦλθεν ἐς ἔριν·
Ἀλλ' ὀλέσασα τύπον, καὶ νῦν ἔτι νήματα πλέκει·
Οὐ γὰρ ἴσον μακάρων ὀργαῖς θράσος ἐστὶ μερόπων,
Ὡς Διὸς, ὡς Λητοῦς, ὡς Παλλάδος, ὡς Πυθίου.
Ἤπιον, ὦ πάνδημε, φέροις ἄλγημα Ποδάγρα,
Κοῦφον, ἐλαφρὸν, ἄδριμυ, βραχυβλαβὲς, ἀνώδυνον,
Εὔφορον, εὐλήκτον, ὀλιγοδρεμὲς, εὐπερίπατον.
Πολλαὶ μορφαὶ τῶν ἀτυχούντων,
Μελέται δὲ πόνων, καὶ τὸ σύνηθες

317 Μαιονὶ δ' ἀράχνης) Μαιονίς. *Guy.*

Non deliniri pharmacis, non obſequi.
Chor. Nec Iovis Salmonei conrendit vis tonitrui.
Sed periit fumante Dei cor fixa iaculo.
Nec rixa gaudet Phoebi Satyrus Marſyas,
Sed cutis ad pinum ſuſpenſa arguta reſonat.
Luctum habet aeternum ob lites foecunda Niobe,
Lamentatur adhuc, lacrimas funditque Sipylo.
Maeonis auſa Arachne contendere Tritonidi:
Perdidit at formam, ſua nunc quoque ſtamina plicat.
Impar eſt iris ſuperorum audacia hominum,
Ut Iovis, ut Latonae, ut Palladis, ut Pythii.
Mitem ferto crucem, popularis Diva, Podagra,
Atque levemque brevemque; acrique dolore careat:
Pauca nocens ceſſet, tolerabilis, ireque ſinat.
Multae formae infortunatorum.
Meditatio poenae & conſuetudo

Τοὺς ποδαγρῶντας παραμυθείσθω.
Ὅθεν εὐθύμως, ὦ συνναύκληροι, λήσεσθε
Πόνων, εἰ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,
Τοῖς δ' ἀδοκήτοις πόρον εὗρεν θεός.
Πᾶς ἀνεχέσθω τῶν πασχόντων,
Ἐμπαιζόμενος, καὶ σκωπτόμενος,
Τοῖον γὰρ ἔφυ τόδε πρᾶγμα.

Podagros miſeros conſolentur.
Unde alacriter, o conſortes, deponetis
Dolores, ſi ſperata non peragantur,
Inſperatiſque det eſſe Deus.
Sufferat unuſquiſque aegrorum
Illudi ſe & derideri:
Haec eſt natura negoti.

Ω Κ Υ Π Ο Υ Σ.

Ὠκυπους Ποδαλειρίου καὶ Ἀστασίας υἱὸς ἐγένετο, κάλλει καὶ δυνάμει διαφέρων, γυμνασίων τε καὶ κυνηγεσίων μὴ ἀμελῶν. πολλάκις δὲ θεωρῶν τοὺς ἐχομένους ὑπὸ τῆς ἀτέγκτου Ποδάγρας, κατεγέλα, φάσκων, μηδὲν ὅλως εἶναι τὸ πάθος. ἡ θεὸς τοίνυν ἀγανακτεῖ, καὶ διὰ ποδῶν εἰστρέχει. τοῦ δ' εὐτόνως φέροντος, καὶ ἀρνουμένου, ὕπτιον ὅλως τίθησιν ἡ θεός. Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις. Ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων ποδαγρῶν, συνελεγχόντων τὸν Ὠκύπουν. Τὸ δὲ δρᾶμα, τῶν πάνυ ἀστείων. Τὰ τοῦ δράματος πρόσωπα, Ποδάγρα, Ὠκύπους, Τροφεὺς, Ἰατρὸς, Πόνος, Ἄγγελος. Προλογίζει δὲ ἡ Ποδάγρα.

O C Y P U S
SIVE CELERIPES.

Ocypus Podalirii & Aſtaſiae filius fuit, pulchritudine & viribus praeſtans, qui Gymnaſia & venatus non negligeret. Saepe cum videret eos, qui ab implacabili podagra tenerentur, deridebat, dicens, plane nihil eſſe illum morbum. Indignatur ergo Dea, & per pedes irruit. Illo vero fortiter ferente, ac negante, ſupinum omnino Dea abiicit. Scena dramatis ponitur eſſe Thebis. Chorus conſtat podagris eius regionis, Ocypodem convincentibus. Eſt autem drama valde lepidorum unum. Perſonae dramatis Podagra, Ocypus, Educator, Medicus, Dolor, Nuntius. Prologum agit Podagra.

ΠΟΔΑΓΡΑ, ΩΚΥΠΟΥΣ, ΤΡΟΦΕΥΣ, ΙΑΤΡΟΣ, ΠΟΝΟΣ, ΚΑΙ ΑΓΓΕΛΟΣ.

ΠΟΔ. Δεινὴ μὲν ἐν βροτοῖσι, καὶ δυσώνυμος
Ποδάγρα κέκλημαι, δεινὸν ἀνθρώποις πάθος,
Δεσμῶ δὲ νευρίνοισι τοὺς πόδας βρόχοις,
Ἄρθροισιν εἰσδραμοῦσα μὴ νοουμένη.
Γελῶ δὲ τοὺς πληγέντας ὑπ' ἐμοῦ, 5
Καὶ μὴ λέγοντας ἀτρεκῆ τῆς συμφορᾶς,
Ἀλλ' εἰς ματαίαν πρόφασιν ἐξησκημένους.
Ἅπας γὰρ αὐτὸν βουκολεῖ ψευδοστομῶν,
Ὡς ἐνσεσεικὼς ἢ προκόψας ποι βάσιν,
Λέγει φίλοισι, μὴ φράσας τὴν αἰτίαν· 10
Ὃ μὴ λέγει γὰρ, ὡς δοκῶν λαθεῖν τινας,
Χρόνος δέ γ' ἕρπων μηνύει, κἂν μὴ θέλῃ.
Καὶ τότε δαμασθεὶς, ὀνομάσας μου τοὔνομα,

PODAGRA, OCYPUS, EDUCATOR, MEDICUS, DOLOR, ET NUNTIUS.

Pod. Dira hominibus, & inauſpicati nominis
Podagra vocor, faevum mortalibus malum,
Pedeſque nerveis conſtringo reſtibus,
Animadvertente nullo incurrens artubus.
Ultra mea percuſſos plaga rideo,
Nec vera de ſuo fateor auſos malo,
Sed vana cauſari nonnulla exercitos.
Ipſum nam quiſque ſe lactat mendaciis:
Quaſi convellerit aut offenderit pedem.
Loquitur amicis, veram cauſam reticet.
Quod enim non dicit, ut latere ſe ratus,
Etiamſi nolit ipſe, tempus indicat.
Ac tum ſubactus, & fatus nomen meum,

Πᾶσι θρίαμβος ἐμβεβάσταται φίλοις.
Πόνος δέ μοι συνεργός ἐστι τῶν κακῶν·
Ἐγὼ γὰρ οὐδέν εἰμι τούτου δίχα μόνη.
Τοῦτ' οὖν δάκνει με, καὶ Φρενῶν καθάπτεται,
Ὅτι τὸν ἅπασιν αἴτιον πόνον κακῶν,
Οὐδεὶς κακούργοις λοιδορεῖ βλασφημίαις,
Ἀλλὰ κατ' ἐμοῦ πέμπουσι δυσφήμους ἀρὰς,
Ὡς δεσμὸν ἐλπίζοντες ἐκφυγεῖν ἐμόν.
Τί ταῦτα φλυαρῶ, κοὐ λέγω τίνος χάριν
Πάρειμι, μὴ φέρουσα τὴν ἐμὴν χολήν;
Ὁ γὰρ Δόλων γενναῖος, ὁ θρασὺς Ὠκύπους,
Φρονεῖ καθ' ἡμῶν, μηδὲν εἶναί μέ τι λέγων.
Ἐγὼ δ' ὑπ' ὀργῆς, ὡς γυνὴ δεδηγμένη,
Ἀντέδακα τοῦτον ἀθεράπευτον εὐστόχως,
Ὡς ἦν ἔθος μοι κονδύλου ποδὸς τυχεῖν.
Ἤδη δ' ὁ δεινὸς πόνος ἔχει λεπτὸν τόπον,

Ab amicis omnibus in triumpho ducitur.
Verum dolor mihi malorum adiutor eſt.
Nihil ego namque ſum, ſi ab hoc relicta ſim.
Hoc ergo mordet, hoc animum ſubigit meum,
Dolorem quod malorum originem omnium
Maleficis maledictis haud quiſquam fauciat;
Sed contra me laxant vocem exſecrabilem,
Mea ſperantes evitare vincula.
Quid iſta nugor? nec dico, qua gratia
Adſim, ferendae non par iracundiae.
Dolo generoſus iſte, fortis, Ocypus,
Contra me ſentit, eſſe me nihil ferens.
Ego, quam mordet ira, (quidni, feminam?)
Morſu hunc remordi certo & inſanabili,
Ut eſt ſolemne mihi ferire artum pedis.
Et iam dolor dirus parvum tenet locum,

Καὶ τὴν βάσιν νυγμοῖσι τρυπᾷ τὴν κάτω.
Ὁ δ' ὡς δρόμοισιν ἢ πάλῃ πλήξας ἴχνος,
Πλανᾷ γέροντα παιδαγωγὸν ἄθλιον.
Καὶ κλεψίχωλον πόδα τιθεὶς ἰχνευμένον,
Δύστηνος αὐτὸς ἐκ δόμων προσέρχεται.
ΩΚΥΠ. Πόθεν δ' ὁ δεινὸς κατὰ ποδῶν οὗτος παρῆν,
Ἀτραυμάτιστος, ἄβατος, ἄστατος πόνος;
Τείνω δὲ νεῦρον οἷα τοξότης ἀνὴρ,
Βέλος προπέμπων, καὶ λέγειν βιάζεται.
Τὸ τῶν πονούντων ἔσχατον, στοιχεῖ χρόνῳ.
ΤΡΟΦ. Ἔπαιρε σαυτὸν, ὦ τέκνον, καὶ κούφισον,
Μή πως με πίπτων, καταβάλῃς σὺ χωλὸς ὤν.
ΩΚΥΠ. Ἰδοὺ κρατῶ σε δίχα βάρους, καὶ πείθομαι,
Καὶ τὸν πονοῦντα πόδα τιθῶ, καὶ καρτερῶ.
Νεωτέρῳ γὰρ αἶσχος ἐν παισὶν ἀεὶ,
Ὑπηρέτης ἀδύνατος γογγύζων γέρων.

Soleamque terebrat imam punctionibus.
At ille ut curſu vel lucta laeſo pede,
Imponit educatori miſero ſeni.
Furtim claudum pedem, viſco captum meo,
Infelix efferens huc accedit, domo.
Ocyp. At unde dirus in pedes hic ingruit,
Sine vulnere, ſtare, incedere impediens dolor?
Nervumque tendit, vir ſagittator velut
Telum emiſſurus, & ſubigit me dicere
Quae ſunt dolentum extrema, parvo tempore.
Educ. Ipſum te ſuſtine, mi fili, & alleva,
Ne qua, dum claudicas, cadens me proruas.
Ocyp. En teneo te ſine pondere, & tibi obſequor,
Laborantemque pedem pono, & ſuſtento me.
Nam iuniori turpe, aequales inter, eſt
Miniſter invalidus, querulus ſemper ſenex.

ΤΡΟΦ. Μὴ, μή τι ταῦτα, μωρὲ, μή με κερτόμει·
Μή μ' ὡς νέος κόμπαζε, τοῦτ' εἰδὼς, ὅτι
Ἐν ταῖς ἀνάγκαις πᾶς γέρων ἐστὶν νέος.
Πείθου λέγοντι· τὸ πέρας ἂν ὑποσπάσω,
Ἕστην ὁ πρέσβυς, σύ δ' ὁ νέος πίπτεις χαμαί.
ΩΚΥΠ. Σὺ δ' ἂν σφαλῇς, πέπτωκας ἄπονος ὢν γέρων.
Προθυμία γὰρ ἐν γέρουσι παρέπεται·
Πρᾶξις δὲ τούτοις οὐκέτ' ἐστιν εὔτονος.
ΤΡΟΦ. Τί μοι σοφίζῃ, κοὐ λέγεις οἵῳ τρόπῳ
Πόνος προῆλθε σοῦ ποδὸς κοίλην βάσιν;
ΩΚΥΠ. Δρόμοισιν ἀσκῶν, κοῦφον ὡς τιθῶ πόδα,
Τρέχων ἔστειλα, καὶ συνεμίχθην πόνῳ.
ΤΡΟΦ. Πάλιν τρέχ' ὅς τις εἶπον, ἢ καθήμενος,
Πώγωνα τίλλει κουρέων ὑπ' ὠλένας.
ΩΚΥΠ. Οὐκοῦν παλαίων ὡς θέλων παρεμβολὴν
Βαλεῖν, ἐπλήγην. τοῦτο δῆτα πίστευέ μοι.

Educ. Ne, ne quid horum, ſtulte! aufer convicia.
Ne gloriare aetate: at illud noveris,
Neceſſitatibus iuvenis quiſque eſt ſenex.
Audi monentem. Denique, ſi me ſubtraham,
Stabo ſenex ego, iuvenis iacebis humi.
Ocyp. Tu ſi cadas, dolore carens, ſenex cades.
Etenim voluntas promta ſenes ſequitur viros.
Nervis ſed illorum caret omnis actio.
Educ. Quid argutare? nec dicis mihi, quomodo
Dolor intrarit ſoleam pedis cavam tui?
Ocyp. Dum curſu exerceor, levem ut ponam pedem,
Currens contraxi, & in dolores incidi.
Educ. Iterum curre, ut non nemo dixit, qui ſedens
Barbam vellebat, ille ſub alis hiſpidus.
Ocyp. Luctatus ergo, dum volo inſerto pede
Ferire, ſum percuſſus: illud crede mi.

ΤΡΟΦ. Ποῖος στρατιώτης γέγονας, ἵνα παρεμβολὴν
Βάλλων σὺ πληγῆς; περικυκλοῖς ψευδηλογῶν.
Τὸν αὐτὸν ἡμεῖς εἴχομεν λόγον ποτὲ,
Μηδενὶ λέγοντες τὴν ἀλήθειαν φίλων.
Νῦν δ' εἰσορᾷς ἅπαντα ἐξ.
Ὁ πόνος δ' ἐλελίξας ἐμμελῶς διαστρέφει.
ΙΑΤ. Ποῖ ποῖ καθεύρω κλεινὸν Ὠκύπουν, φίλοι,
Τὸν πόδα πονοῦντα, καὶ βάσιν παρειμένην;
Ἰατρὸς γὰρ ὢν, ἕκλυον ὑπὸ φίλου τινὸς,
Πάσχοντα δεινὰ τοῦτον ἀστάτῳ πάθει·
Ἀλλ' αὐτὸς οὗτος ἐγγὺς ὀμμάτων ἐμῶν,
Κεῖται κατ' εὐνῆς ὕπτιος βεβλημένος.
Ἀσπάζομαί σε πρὸς θεῶν, καὶ σὸν,
Τί τοῦτο; λέξον, Ὠκύπου, τάχα,
Εἰ γὰρ μάθοιμι, τυχὸν ἴσως ἰάσομαι
Τὸ δεινὸν ἄλγος, τοῦ πάθους τὴν συμφοράν.

Educ. Qualis fuisti athleta, ut inserto pede
Feriens ferireris? Vagus es mendaciis.
Eosdem nos quondam sermones habuimus,
Amicorum dicentes vera nemini.
Nunc vero cuncta vides....
Verum volutans ad numeros torquet dolor.
Med. Ubi nobilem invenio, sodales, Ocypum
Laborantem pede, & solutis gressibus?
Etenim medico mihi sodalis retulit,
Hunc dira, morbo non constante, perpeti.
Quin ipse nostros ante oculos in proximo
Iacet, supinus abiectus in lectulo.
Iubeo salvere per Deos te. Sed mali
Quid illud? Ocypu, dic ocius, ut sciam.
Si scire contingat, forsan curavero
Dirum dolorem, & illud, quidquid est, mali.

ΩΚΥΠ. Ὁρᾷς με, σωτὴρ, καὶ πάλιν σωτήριχε,
Σάλπιγγος αὐτῆς οὔνομ' ἔχων σωτήριχε,
Δεινὸς πόνος με τοῦ ποδὸς δάκνει κακῶς,
Δειλὸν δὲ βῆμα, κοὐχ ἁπλοῦν τιθῶ ποδί.
ΙΑΤ. Πόθεν; τί παθών; μήνυσον, ἢ ποίῳ τρόπῳ;
Μαθὼν γὰρ ἀληθειαν ὁ ἰατρὸς ἀσφαλῶς,
Κρεῖττον πρόσεισι, σφάλλεται δὲ μὴ μαθών.
ΩΚΥΠ. Δρόμον τιν' ἀσκῶν, καὶ τέχνην γυμναστικὴν,
Δεινῶς ἐπλήγην ὑπὸ φίλων ὁμηλίκων.
ΙΑΤ. Πῶς οὖν ἀηδὴς οὐ πάρεστι φλεγμονὴ
Τόπου κατ' αὐτοῦ, κοὐκ' ἔχεις τιν' ἐμβροχήν;
ΩΚΥΠ. Οὐ γὰρ στέγω τὰ δεσμὰ τῶν ἐριδίων,
Εὐμορφίαν ἄχρηστον εἰς πολλοὺς καλήν.
ΙΑΤ. Τί οὖν δοκεῖ σοι; κατακνήσω σου τὸν πόδα;
Ἂν γὰρ παράσχῃς μοι, γιγνώσκειν σε χρὴ,
Ὡς ταῖς τομαῖσι πλεῖστον αἷμά σου κενῶ.

Ocyp. Vides me, Soter, & rurſus Soteriche,
Cognominis Salpingis, o Soteriche.
Dirus dolor pedis me mordet peſſime,
Timidum pede, non ſimplex pono veſtigium.
Med. Unde? ecquid paſſus? indica, vel quomodo?
Nam vera ſi medico per omnia dixeris,
Salubrior venit: non doctus labitur.
Ocyp. Curſum meditatus & quandam artem gymnicam,
Ab amicis graviter vapulavi aequalibus.
Med. Cur non adeſt ergo gravis inflammatio
Ipſo in loco, nec humidum fomentum habes?
Ocyp. Nec enim fero facile lanarum vincula,
Inutile ornamentum, quod multis placet.
Med. Quid ergo tibi placet? Scariphabo pedem?
Nam ſi mihi praebeas, illud bene noveris,
Secando exhauſturum multum me ſanguinis.

ΩΚΥΠ. Ποίησον εἴ τι καινὸν ἐξευρεῖν ἔχεις,
Ἵν' εὐθὺ δεινὸν ἐκ ποδῶν παύσῃς πόνον.
ΙΑΤ. Ἰδοὺ σιδηρόχαλκον ἐπιφέρω τομὴν,
Ὀξεῖαν, αἱμόδιψον, ἡμιστρόγγυλον.
ΩΚΥΠ. Ἔα, ἔα.
ΤΡΟΦ. Σῶτερ, τί ποιεῖς; μὴ τύχοις σωτηρίας.
Τολμᾷς σιδηρόσπαρτον ἐπιβαλεῖν πόνον;
Μηδὲν κατειδὼς, προσφέρεις κακὸν ποσί.
Ψευδῆς γὰρ ἔκλυες, ὧν ἀκήκοας ἔργων.
Οὐ γὰρ πάλαισιν, ἢ δρόμοισι, ὡς λέγει,
Ἀσκῶν ἐπλήγη. τοῦτο γοῦν ἄκουέ μου.
Ἦλθεν μὲν οὖν τὸ πρῶτον ὑγιὴς ἐν δόμοις,
Φαγὼν δὲ πολλὰ, καὶ πιὼν ὁ δυστυχὴς,
Κλίνης ὕπερθε καταπεσὼν, ὑπνοῖ μόνος·
Ἔπειτα νυκτὸς διυπνίσας, ἐκραύγασεν,
Ὡς δαίμονι πληγεὶς, καὶ πάντα φόβον λαβεῖν.

Ocyp. Fac ergo, ſi quid invenire novi potes,
Quo mox dolores diros e pede exigas.
Med. En iam parata ferri & aeris ſectio,
Sitiens cruoris, acuta, & ſemiteres.
Ocyp. Omitte, omitte...
Educ. Soter, quid occipis? Sic te fugiat ſalus!
Audes quaeſitas ferro poenas addere?
Ignarus omnium, malum admoves pedi.
Mendacia tibi dicta, quaeque dicta ſunt.
Nec enim luctamve ſeu curſum, quod indicat,
Exercens ictus eſt: at hoc mi credito:
Probe quidem valens primo venit domum,
Bene tum ſaturatus, affatim potus, miſer
In lectulo iacens ſomnum ſolus capit.
Tum nocte ſomno excuſſus exclamat ſubito
Divinitus velut ictus: & cuncti timent:

Ἔλεξε δ', οἴμοι, πόθεν ἔχω κακὴν τύχην,
Δαίμων τάχα κρατῶν ἔξω ποδός·
Πρὸς ταῦτα νυκτὸς ἀναικαθήμενος μόνος,
Ὁποῖα κῆρυξ ἐξεθρήνει τὸν πόδα.
Ἐπεὶ δ' ἀλέκτωρ ἡμέραν ἐσάλπισεν,
Οὗτος προσῆλθε, χεῖρα θεὶς ἐμοὶ πικρὰν,
Θρηνῶν, πυρέσσων, ἐπ' ἐμοὶ βάζων.
Ἃ πρὶν δέ σοι κατεῖπε, πάντ' ἐψεύσατο,
Τὰ δεινὰ κρύπτων τῆς νόσου μυστήρια.

ΩΚΥΠ. Γέρων μὲν αἰεὶ τοῖς λόγοις ὁπλίζεται,
Καυχώμενος τὰ πάντα, μηδὲ ἓν σθένων.
Ὁ γὰρ πονῶν τε, καὶ φίλοις ψευδῆ λέγων,
Πεινῶντ' ἔοικε μαστίχην μασσωμένῳ.

ΙΑΤ. Πλανᾷς ἅπαντας, ἄλλα δ' ἐξ ἄλλων λέγεις,
Λέγων, πονεῖν μὲν, ὃ δὲ πονεῖς, οὔπω λέγεις.

Dixitque, vae mihi! unde tanta vis mali?
Deuſne quis pedem tenens extra *rapit?*
Ad haec, quam longa eſt, nocte ſolus reſidens
Velut praeconis voce deplorat pedem.
Cum vix diem tuba gallus ſignaverat,
Ad me venit, triſtem manum mihi iniicit
Plorans, febrienſque, meque nixus ambulans.
Sed quae modo dicebat, finxit omnia,
Dum dira morbi diſſimulat myſteria.
Ocyp. Verbis quidem ſemper ſenex armatus eſt,
Et gloriatur, cum poſſit nihil, omnia.
Morbo laborans, mentiens ſodalibus
Famelico ſimilis mandenti maſtichen.
Med. Imponis omnibus, diverſa adeo loquens.
Aegrotus eſſe dicis: quo labores, nondum ais.

ΩΚΥΠ. Πῶς οὖν φράσω σοι τοῦ πάθους τὴν συμφοράν;

Πάσχων γὰρ, οὐδὲν οἶδα, πλὴν πονῶ μόνον.

ΙΑΤ. Ὅταν ἀφορμῆς δίχα πονῇ τις τὸν πόδα,
Πλάσσει τὸ λοιπὸν οὓς θέλει κενοὺς λόγους,
Εἰδὼς τὸ δεινὸν ᾧ συνέζευκται κακῷ.
Καὶ νῦν μὲν ἀκμὴν εἶς.
Ἐπὰν δὲ καὶ τὸν ἕτερον ἀλγήσῃς πόδα,
Στένων, δακρύσεις, ἐν δέ σοι φράσαι θέλω.
Τοῦτ' ἐστ' ἐκεῖνο, κἂν θέλῃς, κἂν μὴ θέλῃς.

ΩΚΥΠ. Τίδ' ἐστ' ἐκεῖνό γ', εἰπὲ, καὶ τί κλήζεται;

ΤΡΟΦ. Ἔχει μὲν ὄνομα συμφορᾶς γέμον διπλῆς.

ΩΚΥΠ. Οἴμοι. τί τοῦτο; λέξον, ὦ, δέομαι, γέρον.

ΤΡΟΦ. Ἐκ τοῦ τόπου μὲν, οὗ πονεῖς, ἀρχὴν ἔχει.

ΩΚΥΠ. Ποδὸς μὲν ἀρχὴν ὄνομ' ἔχει καθὼς λέγεις;

ΤΡΟΦ. Τούτῳ σὺ πρόσθες ἐπὶ τέλει δεινὴν ἄγραν.

Ocyp. Et quomodo rationes explicem mali?
Male cum ſit, nil ſcio, niſi hoc, male eſſe mi.
Med. Occaſionem praeter ſi cui pes dolet,
Is quaelibet tum vana comminiſcitur,
Haud inſcius diri, cui iunctus eſt, mali.
Et nunc modo unus eſt...
At cum pedem dein dolebis alterum,
Gemes cum lacrimis. Unum edico tibi:
Hoc illud eſt ipſum, ſeu nolis, ſeu velis.
Ocyp. Quid illud ipſum? dic, quo nomine cluit?
Educ. Habet malo repletum nomen duplici.
Ocyp. Eheu! Quid iſtuc? dic, o obſecro, ſenex.
Educ. Ex quo doles loco, caput habet nominis.
Ocyp. Ut dicis, a Pede principium nomen trahit.
Educ. Huic tu dirum Agrae nomen in fine adiice.

ΩΚΥΠ. Καὶ πῶς με τὸν δύστηνον ἔτι;
ΤΡΟΦ. Δεινήπερ οὖσα, φείδεται γὰρ οὐδενός.
ΩΚΥΠ. Σωτὴρ, τί λέγεις; τί δέ με;
ΙΑΤ. Ἄφες με μικρὸν, ἠλόγημαι σοῦ χάριν.
ΩΚΥΠ. Τί δ' ἐστι δεινὸν, ἢ τί συμβέβηκέ μοι;
ΙΑΤ. Εἰς δεινὸν καὶ χώριστον πόνον ἦλθες ποδός.
ΩΚΥΠ. Οὐκοῦν με δεῖ πρόχωλον ἐξαντλεῖν πόνον;
ΙΑΤ. Χωλὸς μὲν ἂν ἦς, οὐδέν ἐστι, μὴ φοβοῦ.
ΩΚΥΠ. Τί δ' ἐστι χεῖρον;
ΙΑΤ. Ἀμφοῖν ποδοῖν σε συμποδισθῆναι μένει.
ΩΚΥΠ. Οἴμοι. πόθεν μοι καινὸς εἰσῆλθεν πόνος
Ποδὸς δι' ἄλλου, καί μοι συμπάσχει κακῶς;
Ἢ πῶς ὅλος πέπηγα, μεταβῆναι θέλων;
Δειλαίνομαι δὲ πολλὰ μεταστῆσαι πόδα,
Νήπιος, ὁποῖα βρέφος ἄφνω φοβούμενος.

Ocyp. Et quî miſerum ſat inſuper *ludos facis?*
Educ. Eſt ſane dira: namque parcit nemini.
Ocyp. Soter, quid ais? quid me...
Med. Sine me parum: tua peregrinor gratia.
Ocyp. Quid eſt igitur mali? aut mihi quid accidit?
Med. Pedis es nactus dolorem dirum, inſeparabilem.
Ocyp. Sic ergo claudicans malum exantlandum erit?
Med. Modo claudus eſſes! Hoc nihil: hunc aufer metum.
Ocyp. Quid ergo peius?
Med. Supereſt utroque te pede impedirier.
Ocyp. Heu, heu mihi! novus unde morbus ingruit
Pedem per alterum, qui me vexat male?
Quam fixus haereo, diſcedere cum velim!
Metuoque valde, pes cum transferendus eſt,
Incautus, ut puer ſubito perterritus.

Ἀλλ' ἄντομαί σε πρὸς θεῶν, Σωτήριχε,
Εἴπερ τέχνη σὴ δύναται, μηδὲν φθονῶν
Θεράπευσον ἡμᾶς, εἰ δὲ μή, διοίχομαι.
Πάσχω γὰρ ἀφανῶς, κατὰ ποδῶν τοξεύομαι.
ΙΑΤ. Τοὺς μὲν πλανήτας περιελὼν λόγους ἐγὼ,
Τοὺς τῶν ἰατρῶν τῶν ὁμιλούντων μόνον,
Ἔργῳ δὲ μηδὲν εἰδότων σωτήριον,
Τὰ πάντα σοι πάσχοντι, συντόμως φράσω.
Ἀθεύκτον ἦλθες πρῶτον ἐς πάθος κακόν.
Οὐ γὰρ σιδηρόπλαστον ὑπεδύσω βάσιν,
Ὃ τοῖς κακούργοις εὑρέθη τεκμήριον·
Δεινὴν δὲ καὶ κρυφαίαν εἰς πάντας κάκην,
Ἣς οὐκ ἂν ἄροιτ' ἄχθος ἀνθρώπων φύσις.
ΩΚΥΠ. Αἰ, αἰ, αἰ, αἰ, οἴμοι, οἴμοι.
Πόθεν μοι τρυπᾷ τὸν πόδα κρυπτὸς πόνος;

Sed obſecro te per Deos, Soteriche,
Ars ſi poteſt quidquam tua, nil mihi invidens
Sanato me: quod ſi minus, plane occidi.
Occulta enim patior, telis pedes petor.
Med. Verba equidem foecunda fraudis amputans
Medicorum, qui nihil niſi alloqui ſolent,
Reapſe ſed ſalubre nil quidquam ſciunt,
Aegro tibi compendio dicam omnia.
Primo in malum incidiſti inevitabile.
Nec murices enim induiſti ferreos,
Inventum maleficis capiendis decipulam:
Sed diram & abditam crucem omnibus malam,
Cuius natura hominum non ſuſtulerit onus.
Ocyp. Hei hei! vae vae! hei hei! vae vae!
Hei unde mi terebrat pedem abditus dolor?

Δέξασθε χεῖρας τὰς ἐμὰς πρὸ τοῦ πεσεῖν,
Ὁποῖα Σάτυροι Βακχίους ὑπ' ὠλένας.
ΤΡΟΦ. Γέρων μέν εἰμι, πλὴν ἰδού σοι πείθομαι,
Καὶ τὸν νέον σε χειραγωγῶ πρέσβυς ὤν.

Prehendite, antequam cadam, meas manus!
Satyri ut ſolent Bacchum fulcire brachiis.
Educ. Senex licet, tamen tibi en! obtempero,
Provectus annis te iuvenem duco manu.

EPIGRAMMATA LUCIANI.

I.

Λουκιανοῦ εἰς τὴν ἑαυτοῦ βίβλον.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ τάδ' ἔγραψε, παλαιά τε μωρά τε εἰδὼς,
Μωρὰ γὰρ ἀνθρώποις καὶ τὰ δοκοῦντα σοφά.
Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι διακριδόν ἐστι νόημα.
Ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις, τοῦθ' ἑτέροισι γέλως.

Lucianus in ſuum ipſius librum.

LUCIANUS ſcripſi haec, antiquaque ſtultaque doctus:
Id quoque enim ſtultum eſt, quod tibi forte ſapit.
Nil homini certum eſt, nec voto vivitur uno:
Sed ridens eadem hic elevat, ille probat.

II.

Εἰς ἀσώτους.

ΤΟΝ πατρικὸν πλοῦτον νέος ὢν Θήρων ὁ Μενίππου
Αἰσχρῶς εἰς ἀκρατεῖς ἐξέχεεν δαπάνας.

In Theronem prodigum.

Interprete GROTIO.

LUXURIA marcens iuvenili more Menippi
Theron cum patrias dilaniaſſet opes:

Ἀλλά μιν Εὐκτήμων πατρικὸς Φίλος ὡς ἐνόησεν
Ἤδη καρφαλέῃ τειρόμενον πενίῃ,
Καί μιν δακρυχέων ἀνελάμβανε, καὶ πόσιν αὐτὸν
Θῆκε θυγατρὸς ἑῆς, πόλλ' ἐπὶ μείλια δούς.
Αὐτὰρ ἐπεὶ Θήρωνι παρ' ἐλπίδας ἦλυθε πλοῦτος,
Αὐτίκα ταῖς αὐταῖς ἐτρέφετ' ἐν δαπάναις,
Γαστρὶ χαριζόμενος πᾶσαν χάριν, οὐ κατὰ κόσμον,
Τῇ θ' ὑπὸ τὴν μιαρὰν γαστέρα μαργοσύνῃ.
Οὕτω μὲν Θήρωνα τὸ δεύτερον ἀμφεκάλυψεν
Οὐλομένης πενίης κῦμα παλιρρόθιον.
Εὐκτήμων δ' ἐδάκρυε τὸ δεύτερον, οὐκ ἔτι κεῖνον,
Ἀλλὰ θυγατρὸς ἑῆς πρᾶκά τε καὶ θάλαμον.
Ἔγνω δ' ὡς οὐκ ἔστι κακῶς κεχρημένον ἄνδρα
Τοῖς ἰδίοις, εἶναι πιστὸν ἐν ἀλλοτρίοις.

Euctemon doluit quondam genitoris amicus,
In miſera iuvenem vivere pauperie.
Quin dedit & lacrimas: atque in ſua tecta recepto,
Noſter eris, dixit, non ſine dote gener.
Ille ſed, adſpecto quod non ſperaverat auro,
Ad veteres ſumtus notaque damna redit:
Dilapidat cenſus, concedens omnia ventri,
Et quae ſub ventrem deteriora latent.
Atque ita Theronem miſerum mala rurſus egeſtas
Abſorpſit reflui gurgitis illuvie:
Iamque flet Euctemon non hunc, quem fleverat ante,
Sed dotem & natae flebile coniugium;
Doctus ab exemplo, quàm, qui ſua perdidit, illi
Non ſit in alterius rebus habenda fides.

III.

Εἰς αὐτάρκειαν.

Ὡς τεθνηξόμενος, τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε·
Ὡς δὲ βιωσόμενος, φείδεο σῶν κτεάνων.
Ἐστὶ δ' ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας,
Φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.

In sufficientiam.

MORS quasi sit vicina tibi, sic utere rebus:
Et quasi mors longe sit tibi, parce tuis.
Ille vir est sapiens, haec qui duo cogitat, & sic
Sumens & retinens servat utrinque modum.

IV.

Εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον.

Θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, καὶ πάντα παρέρχεται ἡμᾶς·
Ἢν δὲ μὴ, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὰ παρερχόμεθα.

In vitam humanam.

OMNIA mortali mortalia: praetereunt res,
Aut homo. Res vita praetereunte fugit.

V.

Εἰς μικρὸν βίον.

Τοῖσι μὲν εὖ πράττουσιν πᾶς ὁ βίος βραχύς ἐστι·
Τοῖς δὲ κακῶς, μία νὺξ ἄπλετός ἐστι χρόνος.

In breve aevum.

QUANTUM vita patet, brevis est felicibus: una
Nox miseris ingens temporis est spatium.

VI.

Εἰς ἔρωτα.

Οὐχ ὁ ἔρως ἀδικεῖ μερόπων γένος, ἀλλ' ἀκολάστοις
Ψυχαῖς ἀνθρώπων ἔσθ' ὁ ἔρως πρόφασις.

In Amorem.

NON Veneris puer eſt, laedit qui corda, ſed illum
Praeſcribit vitiis mens male ſana ſuis.

VII.

Εἰς χάριτας.

Ὠκεῖαι χάριτες, γλυκερώτεραι· ἢν δὲ βραδύνῃ,
Πᾶσα χάρις κενὴ, μηδὲ λέγοιτο χάρις.

In Gratias.

QUAE properat, grata eſt ea gratia: ſi qua moratur,
Languida, nec tanto nomine digna venit.

VIII.

Εἰς ἀχαρίστους.

Φαῦλος ἀνὴρ πίθος ἐστὶ τετρημένος, εἰς ὃν ἁπάσας
Ἀντλῶν τὰς χάριτας, εἰς κενὸν ἐξέχεας.

In Ingratos.

PERTUSUS cadus eſt homo non probus: omnis in illum
Quae collata fuit gratia, vana perit.

IX.

Εἰς θεούς.

Ἀνθρώπους μὲν ἴσως λήσεις ἄτοπόν τι ποιήσας·
Οὐ λήσεις δὲ θεοὺς, οὐδὲ λογιζόμενος.

In Deos.

TURPE aliquid faciens homines fortaſſe latebis:
Sed fallunt nec quae mente putata, Deos.

X.

Εἰς κόλακας.

Οὐδεν ἐν ἀνθρώποισι φύσις χαλεπώτερον εὗρεν
Ἀνθρώπου, καθαρὰν ψευδομένου φιλίην.
Οὐ γὰρ ἔθ' ὡς ἐχθρὸν προφυλασσόμεθ', ἀλλ' ἀγαπῶντες
Ὡς φίλον, ἐν τούτῳ πλείονα βλαπτόμεθα.

In adulatores.

REBUS in humanis nihil eſt crudelius illo,
Qui ſub perſona fallit amicitiae.
Nam quia ſecuri nos non ut ab hoſte tuemur,
Bis nocet, atque habitam vertit in arma fidem.

XI.

Εἰς μυστήριον.

Ἄρρητων ἐπέων γλώσσῃ σφρηγὶς ἐπικείσθω·
Κρείσσων γὰρ μύθων ἡ κτεάνων φυλακή.

In myſterium.

HIS, quae dicta nocent, linguam tibi pone ſigillum:
Plus voces, minus eſt res retinere ſuas.

XII.

Εἰς πλοῦτον.

Πλοῦτος ὁ τῆς ψυχῆς, πλοῦτος μόνος ἐστὶν ἀληθὴς,
Τ' ἄλλα δ' ἔχει αὐτὴ πλείονα τῶν κτεάνων.
Τόνδε πολυκτέανον καὶ πλούσιόν ἐστι δίκαιον
Κλήζειν, ὃς χρῆσθαι τοῖς ἀγαθοῖς δύναται.
Εἰ δέ τις ἐν ψήφοις κατατήκεται, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
Σωρεύειν αἰεὶ πλοῦτον ἐπειγόμενος·
Οὗτος, ὁποῖα μέλισσα πολυτρήτοις ἐνὶ σίμβλοις
Μοχθήσει, ἑτέρων δρεψομένων τὸ μέλι.

In divitias.

Divitias animi ſolas hoc nomine dignas
Eſſe puta: cenſus ad bona tanta nihil.
Ille mihi demum locuples diveſque vocetur,
Qui ſuperûm norit commoditate frui.
At qui perpetuo numerando pallet in aere,
Atque alias aliis ſemper acervat opes,
Talis erit, quales per cerea caſtra laborant,
Sic ut non ipſae melle fruantur apes.

XIII.

Εἰς τύχην.

Ἄγρος Ἀχαιμενίδου γενόμην ποτὲ, νῦν δὲ Μενίππου·
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον.

In Fortunam.

Rus quod Achaemenidae fueram, nunc ecce Menippi:
Ex aliis alios mox adipiſcar heros.

Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν με ποτ' ᾤετο, καὶ πάλιν οὗτος
Οἴεται, εἰμὶ δ' ὅλως οὐδενὸς, ἀλλὰ τύχης.

Credidit ille ſuum quondam; nunc credit & iſte:
Sed ſum fortunae res ego, non hominum.

XIV.

Εἰς εὐτυχεῖς.

Μὴ πταίων, φίλος εἶ θνητοῖς, φίλος εἶ μακάρεσσι,
Καί σου ῥηϊδίως ἔκλυον εὐξαμένου.
Ἂν πταίσῃς, οὐδεὶς ἔτι σοι φίλος, ἀλλ' ἅμα πάντα
Ἐχθρὰ, τύχης τε ῥοπαῖς συμμεταβαλλόμενα.

In felices.

Donec eris felix, homines tibi ſemper amicos
Et precibus faciles experiere Deos.
Si ſecus acciderit, iam nullus amicus, & hoſtes
Undique: fortunae motus & iſta trahit.

XV.

Εἰς τύχην.

Πολλὰ τὸ δαιμόνιον δύναται, κἂν ᾖ παράδοξα·
Τοὺς μικροὺς ἀνάγει, τοὺς μεγάλους κατάγει.

In Fortunam.

Multa poteſt necopina Dei ſuprema poteſtas:
Deprimit elatos haec, humileſque levat.

Καὶ σοῦ τὴν ὀφρῦν, καὶ τὸν τῦφον καταπαύσει,
Κἂν ποταμὸς χρυσοῦ νάματά σοι παρέχῃ.
Οὐ θρύον, οὐ μαλάχην ἄνεμος ποτὲ, τὰς δὲ μεγίστας
Ἢ δρύας ἢ πλατάνους οἵδε χαμαὶ κατάγειν.

In tua rura fluant quamvis Pactolus & Hermus,
Grande supercilium detrahet illa tibi.
Non malvas sternit Boreas, iuncosve paluſtres,
Sed veteris silvae robora, sed platanos.

XVI.

Εἰς Φρόνησιν.

Ἡ βραδύπους βουλὴ, μέγ' ἀμείνων· ἡ δὲ ταχεῖα
Αἰεὶ ἐφελκομένην τὴν μετάνοιαν ἔχει.

In prudentiam.

Consilium melius, tarde quod sumitur: illud
Quod properat, post se poenituisse trahit.

XVII.

Εἰς Βίον.

Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται, αἱ δὲ μετ' αὐτὰς
Γράμμασι δεικνύμεναι, ζῆθι λέγουσι βροτοῖς.

In vitam.

Sex horas habeat, satis est, labor: ecce quod ultra est,
Suggerit in Graeco gnomone, *vive*, tibi.

XVIII.

Εἰς βόρον.

Εἰ ταχὺς ἐς τὸ Φαγεῖν, καὶ πρὸς δρόμον ἀμβλὺς ὑπάρχεις,
Τοῖς ποσί σου τρῶγε, καὶ τρέχε τῷ στόματι.

In edacem.

MANDUCARE celer cum ſis, & currere tardus,
Manduca pedibus, curre ſed ore tuo.

XIX.

Εἰς ἀδύνατον.

Εἰς τί μάτην νίπτεις δέμας Ἰνδικόν; ἴσχεο τέχνης,
Οὐ δύνασαι δνοφερὴν νύκτα καθηλιάσαι.

In impoſſibile.

QUID lavis Aethiopem? perituro parce labori:
Noctis enim tenebras irradiare nequis.

XX.

Εἰς ἀγωνιστάς.

Οἱ συναγωνισταὶ τὸν πυγμάχον ἐνθάδ' ἔθηκαν
Ἄπιν, οὐδένα γὰρ πώποτ' ἐτραυμάτισεν.

In pugiles.

HEIC Apim pugilem pugiles poſuere, quibuſcum
Certavit, ſic ut vulnera nulla daret.

XXI.

Εἰς τὸ αὐτό.

Πᾶσαν ὅσην Ἕλληνες ἀγωνοτεθοῦσιν ἄμιλλαν
Πυγμῆς, Ἀνδρόλεως πᾶσαν ἀγωνισάμην.
Ἔσχον δ' ἐν Πίσῃ μὲν ἓν ὠτίον, ἐν δὲ Πλαταιαῖς,
Ἓν βλέφαρον· Πυθοῖ δ' ἄπνοος ἐκφέρομαι.
Δαμοτέλης δ' ὁ πατὴρ ἐκορύσσετο σὺν πολίηταις,
Ἀραί μ' ἐκ σταδίων ἢ νεκρὸν ἢ κολοβόν.

In idem.

GRAECIA quot validae celebrat certamina luctae,
Androleos horum pars aliquanta fui:
Auriculam mihi Piſa, ſuperciliumque Plataeae
Abſtulerunt: Delphis efferor exanimis:
Damoteles mihi praeco pater, cum plebe quiritans,
Ut mutilus, ſi non mortuus, eriperer.

XXII.

Εἰς γραμματικούς.

Ἴλαθι γραμματικὴ Φυσίζοε, ἵλαθι μοῦσα,
Φάρμακον εὑρομένη, μῆνιν ἄειδε θεά.
Ἔχρῃν γὰρ καὶ σοὶ περικαλλέα δωρήσασθαι,
Καὶ βωμὸν θυέων μήποτε δευόμενον.

In Grammaticos.

GRAMMATICA o ſalve, donatrix Muſa ſalutis:
Iram, Diva, refer; nam medicina tua eſt.
Et tibi debuerunt poni fulgentia templa,
Araque perpetuo turis honore calens.

Καὶ γὰρ σοῦ μεσταὶ μὲν ὁδοὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα,
Καὶ λιμένες, πάντων δέκτρια γραμματική.

Nam fora plena tui, plenae ſunt aequoris undae,
Et portus, altrix optima Grammatica.

XXIII.

Εἰς δυσώδεις.

ΔΑΙΜΟΝΑ πολλὰ λαλῶν ὀζοστόμος ἐξορκιστὴς,
Ἐξέβαλ' οὐχ ὅρκων, ἀλλὰ κόπρων δυνάμει.

In foetidos.

EXORCISTA olidus fugitat dum daemona, verbis
Eiicit haud illum, ſed feritate gulae.

XXIV.

Εἰς δυσώδεις.

ΟΥΤΕ χίμαιρα τοιοῦτον ἔπνει κακὸν ἡ καθ' Ὁμηρον,
Οὐκ ἀγέλη ταύρων (ὡς ὁ λόγος) πυρίπνους,
Οὐ Λῆμνος σύμπασ', οὐχ ἁρπυιῶν τὰ περισσὰ,
Οὐδ' ὁ Φιλοκτήτου ποῦς ἀποσηπόμενος.
Ὥστε σε παμψηφεὶ νικᾶν, Τελέσιλλα, χιμαίρας,
Σηπεδόνας, ταύρους, ὄρνεα, Λημνιάδας.

In foetidos.

NON oluit peius Smyrnaeo nota Chimaera
Carmine, nec flammas qui vomuere boves.
Nec Poeantiadae putre crus, nec foetida Lemni
Ora, nec, Harpyiae quas tetigere, dapes.
Iudice ſub quovis vincis, Teleſilla, Chimaeras,
Et pariter tauros, Lemnidas, ulcus, aves.

XXV.

In *Antholog.* L. II, c. 40,
Luciano & hoc adſcriptum.

Ποιητὴς ἐλθὼν εἰς Ἴσθμια πρὸς τὸν ἀγῶνα,
Εὑρὼν ποιητὰς, εἶπε παρίσθμι' ἔχειν.
Μέλλει δ' ἐξορμᾶν εἰς Πύθια· κἂν πάλιν εὕρῃ,
Εἰπεῖν οὐ δύναται, καὶ παραπύθι' ἔχω.

Interprete I. F. Reitzio.

Isthmia delatus miſer ad certamina vates
Inveniens ſocios, dixiſſe *pariſthmia*, fertur,
Praecludunt fauces. Ad Pythia devenit idem,
Dicere non habuit, *parapythia* me male vexant.

XXVI.

Ex *Anthol.* L. II, c. 43.

Εἶπε μοι εἰρομένῳ, Κυλλήνιε, πῶς κατέδυνε
Λολλιανοῦ ψυχὴ δῶμα τὸ Φερσεφόνης;
Θαῦμα μὲν, εἰ σιγῶσα· τυχὸν δέ τι καὶ σὲ διδάσκειν
Ἤθελε· φεῦ, κείνου καὶ νέκυν ἀντιάσαι.

Interprete eodem.

Quaeso hoc quaerenti mihi dic, Cyllenie, qualis
Lolliadae Stygiam venerit umbra domum?
Mirum ſi ſiluit, te nil voluitque docere,
Miror nil, hanc ſi quaelibet umbra fugit.

XXVII.

Ex *Anthol.* L. II, c. 47, 37.

Τὸν τοῦ δειπναρίου νόμον οἴδατε· σήμερον ὑμᾶς,
Αὖλε, καλῶ καινοῖς δόγμασι συμποσίου.
Οὐ μελοποιὸς ἐρεῖ κατακείμενος· οὔτε παρέξεις,
Οὔθ' ἕξεις αὐτὸς πράγματα γραμματικά.

Interprete eodem.

Si cupitis coenae leges cognoscere nostrae,
Vos hodie invito legibus, Aule, novis.
Non recubans lecto cantabit carmina vates,
Grammaticis nugis nemo molestus erit.

XXVIII.

Εἰς βρέφη.

Παῖδα με πενταέτηρον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντα
Νηλειὴς ἀίδης ἥρπασε Καλλίμαχον.
Ἀλλά με μὴ κλαίοις. καὶ γὰρ βιότοιο μετέσχον
Παύρου, καὶ παύρων τῶν βιότοιο κακῶν.

In Infantes. Interp. GROTIO.

Me puerum nullis oneratum pectora curis
Quinquennem rapuit mors fera Callimachum.
Ne me flete tamen: fluxit mihi tempore parvo
Vita: sed & vitae sunt mala parva meae.

XXIX.

Εἰς ἄγαλμα Ἠχοῦς, ὡς παρὰ τοῦ Πανός.

Ἠχὼ πετρήεσσαν ὁρᾷς, φίλε, Πανὸς ἑταίρην,
Ἀντίτυπον φθογγὴν ἔμπαλιν ἀσομένην,
Παντοίων στομάτων λάλον εἰκόνα· ποιμέσιν ἡδὺ
Παίγνιον· ὅσσα λέγεις, ταῦτα κλύων, ἄπιθι.

In ſtatuam Echûs, tanquam a Pane.

Saxa colens Echo datur hic tibi, Panos amica,
Extremos tantum docta referre ſonos.
Gaudia paſtorum, cuiuslibet oris imago,
Audito, quantum voce ſonabis, abi.

XXX.

Εἰς ἄγαλμα Ἀφροδίτης, τῆς ἐν Κνίδῳ.

Τὴν Παφίην γυμνὴν οὐδεὶς ἴδεν, εἰ δέ τις εἶδεν,
Οὗτος ὁ τὴν γυμνὴν στησάμενος Παφίην.

In ſtatuam Veneris, quae eſt in Cnido.

Nulli nuda Venus viſa eſt, puto. Si tamen ulli,
Viſa viro, nudam qui dedit hanc Venerem.

XXXI.

Εἰς τὸ αὐτό.

Σοὶ μορφῆς ἀνέθηκα τεῆς περικαλλὲς ἄγαλμα,
Κύπρι, τεῆς μορφῆς φέρτερον οὐδὲν ἔχων.

In idem.

Alma Venus, tibi ſacro tuam ſub imagine formam:
Pulchrius hac potuit nil tibi, Diva, dari.

XXXII.

Ex *Anthol.* L. IV, 12, N. 90.

Εἰς ἕτερον Πρίηπον.

Εἰς τὸ κενόν με τέθεικε νόμου χάριν ὧδε Πρίηπον
Εὐτυχίδης, ξηρῶν κληματίδων φύλακα.
Καὶ περιβέβλημαι κρημνὸν βαθύν. ὃς δ' ἂν ἐπέλθῃ,
Οὐδὲν ἔχοι κλέψαι πλὴν ἐμὲ τὸν φύλακα.

Interprete I. F. Reitzio.

In cassum Eutychides posuit me ex more Priapum,
Palmitibus siccis invigilare iubens.
Alto sum cinctus barathro. Qui venerit hucce,
Me vigilem abstulerit, praetereaque nihil.

XXXIII.

Ἀπὸ γυναικῶν.

Ἑλλάδα νικήσασαν ὑπέρβιον ἀσπίδα Μήδων,
Λαΐς θῆκεν ἑῷ κάλλεϊ ληϊδίην.
Μούνῳ ἐνικήθη ὑπὸ γήραϊ, καὶ τὸν ἔλεγχον
Ἄνθετό σοι, Παφίη, τὸν νεότητι φίλον.
Ἧς γὰρ ἰδεῖν στυγέει πολιῆς παναληθέα μορφὴν,
Τῆσδε συνεχθαίρει καὶ σκιόεντα τύπον.

De Mulieribus. Interp. *Grotio.*

Quae fera scutiferi devicerat agmina Medi,
Laïdi formosae Graecia praeda fuit.
Hanc quoque devicit senium: nunc dat tibi, Cypri,
Iudicium hoc, facies quod iuvenilis amat.
Quippe suos adeo formidat visere canos,
Ipsa facit, vitro quae datur, umbra metum.

XXXIV.

Ἀπὸ ναυηγῶν.

Γλαυκῶ, καὶ Νηρεῖ, καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ,
Καὶ βυθίῳ Κρονίδῃ καὶ Σαμόθρηξι θεοῖς,
Σωθεὶς ἐκ πελάγους Λουκίλλιος ὧδε κέκαρμαι
Τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς· ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

De Naufragis.

GLAUCE, tibi & Nereu, Matutaeque & Melicertae,
Saturnoque, Sami Threïciaeque Deis,
Soſpes ab inſano Lucillius aequore, crines
Tondeor hic: aliud quippe ego nil habeo.

EPIGRAMMATA
LUCIANI OMISSA

Ex Anthologia, quae e Codicibus ipsi nunc primum vindicantur.

I.

Ex *Anthol.* L. II, p. 129 ed. *Steph.*

Ἐν πᾶσιν μεθύουσιν Ἀκίνδυνος ἤθελε νήφειν,
Τοὔνεκα καὶ μεθύειν αὐτὸς ἔδοξε μόνος.

Ita hoc & sequentia vertit *H. GROTIUS.*

SOBRIUS in potis dum quaerit Acyndinus esse,
Solus ab his potus cur habeatur, habet.

II.

Ibidem.

Ἔσβεσε τὸν λύχνον μῶρος ψυλλῶν ὑπὸ πολλῶν
Δακνόμενος, λέξας, Οὐκ ἔτι με βλέπετε.

LUMEN ut exstinxit vexatus pulice multo
Morio, Iam me non invenietis, ait.

III.

Ibidem.

Ἢν ἐσίδῃς κεφαλὴν μαδαρὰν, καὶ στέρνα, καὶ ὤμους,
Μηδὲν ἐρωτήσῃς, μωρὸν ὁρᾷς Φαλακρόν.

Si caput abſque pilis, humeroſque & pectora cernas,
Dicere ne dubites, calvus hic & fatuus.

IV.

Anthol. L. II, p. 135.

Τὴν κεφαλὴν βάπτεις, γῆρας δὲ σὸν οὔποτε βάψεις.
Οὐδὲ παρειάων ἐκτανύσεις ῥυτίδας.
Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε,
Ὥστε προσωπεῖον, κ' οὐχὶ πρόσωπον ἔχειν.
Οὐδὲν γὰρ πλέον ἐστί. τί μαίνεαι; οὔποτε φῦκος
Καὶ ψίμυθος τεύξει τὴν Ἑκάβην Ἑλένην.

Tinge comas, ſi vis: tingi negat ipſa ſenectus;
Nec dabitur rugas explicuiſſe genis.
Parce, precor, vetulum ceruſſa pingere vultum:
Perſonam video cernere, non faciem.
Stulta, labor totus perit hic tibi: fucus, & omne
Hoc genus ex Hecuba non facient Helenam.

V.

Anthol. L. II, p. 142.

Οὐδεποτ' εἰς πορθμεῖον ὁ κηλήτης ἐμβαίνει,
Μέλλων εἰς τὸ πέραν ἀπιέναι Διοφῶν.

Navi nil opus eſt Diophanto, ut tranſeat amnem,
Implet enim turgens hernia navis opus.

Τῆς κήλης δ' ἐπάνωθι τὰ Φορτία πάντα τεθεικὼς,
Καὶ τὸν ὄνον, διαπλεῖ σινδόν' ἐπαράμενος.
Ὥστε ματην Τρίτωνες ἐν ὕδασι δόξαν ἔχουσιν,
Εἰ καὶ κηλήτης ταυτὸ ποιεῖν δύναται.

Huic nam ſarcinulas ipſumque imponit aſellum,
Et ſinuoſa levans lintea tranſit aquas.
Fruſtra ſe iactant igitur Tritones in undis,
Cum Diophas magno ramice praeſtet idem.

VI.

Ibidem.

Ὁ γρυπὸς Νίκων ὀσΦραίνεται οἴνου ἄριστα,
Οὐ δύναται δ' εἰπεῖν οἷος ἂν ᾖ ταχέως.
Ἐν τρισὶν ὥραις γὰρ θεριναῖς μόλις αἰσθάνετ' αὐτὸς,
Ὡς ἂν ἔχων πηχῶν ῥῖνα διακοσίων.
Ὦ μεγάλου μυκτῆρος, ὅτ' ἂν ποταμὸν διαβαίνῃ,
Θηρεύει τούτῳ πολλάκις ἰχθύδια.

Olfacit egregie naſatus pocula Nicon,
Sed cito ſit vinum dicere quale nequit.
Nam tribus aeſtivis vix ipſe id percipit horis,
Bis centum quoniam naſus it in cubitos.
Egregius naſus, qui ſi quem forte per amnem
Ducat iter, piſces non ſemel ipſe capit.

VII.

Anthol. L. II, p. 146.

Ζωγραφε, τὰς μορΦὰς κλέπτεις μόνον· οὐ δύνασαι δὲ
Φωνὴν συλῆσαι χρώματι πειθομένην.

Surripis, o pictor, formam: at vox ſola recuſat
Artificis dextram victa colore ſequi.

VIII.

Anthol. L. II, p. 171.

Θαυμάζειν μοι ἔπεισιν, ὅπως Βύτος ἐστὶ σοφιστὴς,
Μήτε λόγον κοινὸν, μήτε λογισμὸν ἔχων.

MIRAMUR, rhetor qui factus sit Bytus, is quem
Communis sensus deficit & ratio.

IX.

Ibidem.

Θᾶττον ἔην λευκοὺς κόρακας, πτηνάς τε χελώνας
Εὑρεῖν, ἢ δόκιμον ῥήτορα Καππαδόκην.

ALBUS erit corvus prius, & testudo volabit,
Quam doctum videas rhetora Cappadocem.

X.

Anthol. L. II, p. 186.

Πολλὰς μυριάδας ψηφίζει Ἀρτεμίδωρος,
Καὶ μηδὲν δαπανῶν, ζῇ βίον ἡμιόνων,
Πολλάκις αὖ χρυσοῦ τιμαλφέα φόρτον ἔχουσαι
Πολλὸν ὑπὲρ νώτου, χόρτον ἔδουσι μόνον.

ARTEMIDORUS habet, decies quod computet, & nil
Erogat: haud aliter vivere mula solet,
Baiula quae multo cum sudet pressa sub auro
Tam pretiosa gerens pondera, gramen edit.

XI.

Anthol. L. II, p. 188.

Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖ σοφίαν περιποιεῖν,
Καὶ τράγος εὐπώγων, εὔστολός ἐστι Πλάτων.

Si promiſſa poteſt ſapientem reddere barba,
Barbatus poterit iam caper eſſe Plato.

XII.

Anthol. L. II fin. f. p. 189.

Τοῦ πωγωνοφόρου κυνικοῦ τοῦ βακτροπροσαίτου
Εἴδομεν ἐν δείπνῳ τὴν μεγάλην σοφίην.
Θέρμων μὲν γὰρ πρῶτον ἀπέσχετο καὶ ῥαφανίδων,
Μὴ δεῖν δουλεύειν γαστρὶ λέγων ἀρετήν.
Εὖτε δ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεν χιονώδεα βολβὸν
Στρυφνὴν, οὐ πινυτὸν ἤδη ἔκλεπτε νόον·
Ἠίτησεν παρὰ προσδοκίαν, καὶ ἔτρωγεν ἀληθῶς,
Κοὐδὲν ἔφη βολβὸν τὴν ἀρετὴν ἀδικεῖν.

Mendici quae ſit Cynici ſapientia, (barba
Quid facit aut baculus,) coena videre dedit.
Caulibus abſtinuit primo tenuique lupino:
Nam virtus ventri non famulatur, ait.
At poſtquam vulvam vidit niveamque bonamque,
Clam vires animi noluit eſſe ſui.
Nam nec opinato petiit, vereque comedit:
Virtuti vulvam poſſe nocere negans.

XIII.

Ibidem.

Μισοπτωχε θεὰ, μούνη πλούτου δαμάτειρα,
Ἣ τὸ καλῶς ζῆσαι πάντοτ' ἐπισταμένη.
Εἰ δὲ καὶ ἀλλοτρίοις ἐπιϊζομένη ποσὶ χαίρεις,
Ὁπλοφορεῖν τ' οἶδας, καὶ μύρα σοι μέλεται.
Τέρπει καὶ στέφανός σε, καὶ Αὐσονίου πόμα Βάκχου.
Ταῦτα παρὰ πτωχοῖς γίγνεται οὐδέποτε.
Τοὔνεκα καὶ φεύγεις πενίης τὸν χάλκεον οὐδὸν,
Τέρπῃ δ' εἰς πλούτου πρὸς πόδας ἐρχομένη.

Mendicos fugiens, domitrix Dea divitiarum,
Exemplum vitae quae potes esse bonae.
Alterius pedibus nam quamquam incedere gaudes,
Sunt unguenta tuis crinibus, arma manu.
Serta nec, Ausonii nec defit copia Bacchi,
Mendici praebet qualia nulla domus.
Unde & egestatis furiosum limen abhorres,
Ad dominique venis in lare dite pedes.

XIV.

Ex Cod. *Vaticano.*

Πολλακις οἶνον ἔπεμψας ἐμοὶ, καὶ πολλάκις ἔγνων
Σοὶ χάριν, ἡδυπότῳ νέκταρι τερπόμενος.

Sic vertit d'Orvillius.

Saepe merum mihi misisti, grateſque peregi,
Sparsus nectarei pectora rore meri.

Νῦν δ' εἴπερ με φιλεῖς, μὴ πέμψῃς· οὐ δέομαι γὰρ
Οἴνου τοιούτου, μηκέτ' ἔχων θρίδακας.

At mihi ne mittas posthac, rogo. Quo mihi acetum? Lactucis & qui caulibus abstineam.

Est etiam aliud Epigramma ineditum, Luciano adscriptum; sed quo chartam conspurcari nolim. Sic primum distichon se habet:

Αἱ τρίσσαί τοι ταῦτα τὰ παίγνια θῆκαν ἑταῖραι,
Κύπρι μάκαιρ', ἄλλης ἄλλη ἀπ' ἐργασίης.

VARIAE LECTIONES

ET

ANNOTATIONES

VARIAE LECTIONES

IN TRAGOPODAGRAM.

Pag. 2. *v.* 10. Βροτοῖς) *Fl.* uti Boiv. em. Βροτῶν cett. *v.* 18. Ἰχῶρι &c.) ἰχὼρ ὁ φαυλὸς καὶ πικρὸς χυμὸς Pell. *v.* 19. Πνεύματι) πνευμά τε βίαιον τό δε Pell. *ibid.* Τῷδε) τό δε Guy. *v.* 20. Ἔστηκε) ἔτηξε, καὶ δεδυκὸς Pell. *ibid.* Μεμυκὸς) μεμυκὼς *Fr.* *Pag.* 3. *v.* 24. Σικελὸς) Σικελικὸς *Fl.* *v.* 25. Κυματούμενος) πυματ- male *P.* *v.* 26. Σήραγξι) Sic Guy. & *B*1. recte. Σήραξι cett. *v.* 30. Κυβήβης) Ex *V*2. receptum. Κυβήλης *P. S. Amst.* Κυβήσης *I. H. Fl. B. Fr.* peius. *v.* 32. Ἄττει) Ἄττη *Fl.* *v.* 34. Οὔρεα) ὄρεα *Fl.* *v.* 36. Δ') Delet Guy. recte. *v.* 38. Εὐὰν) ἓὸν Guy. *v.* 39. Βρίθουσα) An βριμοῦ; Pell. *Pag.* 4. *v.* 41. Ἀϋτὴν) ἄτην edd. *v.* 47. Δένδρεα) δένδρα Guy. *ibid.* Πνοαῖς) πνοιαῖς corrigit Gavel. recte. *v.* 49. Ἀδὲ) ὅτε Guy. *v.* 51. Νύκτερος) νυκτέροις Guy. *v.* 53. Γόοις) γοῶσ' Guy. *v.* 55. Λελογχὸς) λελογχὼς male *Fl.* *Pag.* 5. *v.* 57. Τε βαιὸν) βέβαιον Guy. & Pell. *v.* 59. Λεῖπε) λίπε Guyet. *v.* 63. Φάει) φάος Guyet. *Pag.* 6. *v.* 73. Νομῶντες) νωμῶντες *S.* & *B.* 4. *v.* 75. Τίνα) τίνι Pell. *v.* 76. Γεραίρουσιν) Bene Pell. Γεραίρουσι edd. *v.* 78. Βακχείων) Βακχέων Guyet. Βακχείῳ *Fl.* Βάκχιον marg. *A*1. *v.* 83. ΧΟΡ.) Omisit *I.* & *V*2. Habent *Fl. P.* aliaeque. *Pag.* 7. *v.* 88. Ἄπ') ἀπ' edd. sine accentu. *v.* 90. Ἄλιος) ἁλίοις Pell. *v.* 102. Φάος) χάος Boiv. *Pag.* 8. *v.* 108. Ἐγέλασσεν) ἐγέλασεν edd. priores. *v.* 111. Εὔολβος) Guyet. Pell. & Schmid. Ἔνολβος edd. male. *v.* 113. Λάβρον προσχέομεν) πρόσχομεν Guyet. *v.* 115. Πολυκρότοις) πολυκρότοισιν Guyet. male. *v.* 116. Σιτούμεθα) σιτούμετα *I.* σιτούμεσθα Guyet. Quod edidimus, est in *Fl. P.* &c. *v.* 117. Ὅτε) ὁπότε *G.* *Pag.* 9. *v.* 119. Τότε) τότε τότε Guyet. recte coniicit. *v.* 120. Δεδυκὸς) διαδεδυκὸς Guyet. *v.* 121. Μηροὺς) ἠδὲ μηροὺς Guyet. & Pell. *v.* 122. Κόρωνα) κόχωνα Guyet. *v.* 124. Ἀποφυγεῖν) ἀπεκφυγεῖν vel ὑπεκφ— Guyet. *v.* 125. Ἆρα) ἄρα edd. *v.* 126. Τοι γὰρ ἥκετω) ἵκετο τοι γὰρ Guyet. & Pell. invertunt.

v. 129. Μὲν) Delet Guyet. *v.* 131. Ἴδε) ἤδη Guyet. Nil mutat *Fl.* *ibid.* Κλινοχαρὴς) ἡ κλιν. Pell. *v.* 132. Στηριζομένη) Novum hic versum incipit Pell. vid. not. *Pag.* 10. *v.* 139. Ἀτμὶς) ἀτμὸς *Fl.* *v.* 147. Ἀεὶ) αἰεὶ Iens. recte. Nihil mut. *Fl.* *Pag.* 11. *v.* 154. Ἐφθὸν) ἑφθὸν *Iunt.* *v.* 155. Βολβοὺς) βώλβους eadem. *ibid.* Σίδια) σίβδια Guyet. *v.* 158. Κικῖδα) κηκίδα Guyet. *v.* 159. Ἀπέφθου) ὑπέφθου male *Fl.* *Pag.* 12. *v.* 166. Ὀστᾶ) Lege ὀστέα. *v.* 169. Ὀκτὼ) ἕπτὰ τὸ δὲ δι' ὀκτὼ, vult Guyet. & Solan. Etsi nihil mutat. *Fl.* *v.* 171. Ἐπ' ἀοιδαῖς ἐπιϑετῶν) An ἐπαοιδαῖς περιάπτων; Guyet. *v.* 172. Μῶρον) μωρὸν *B* 1. 2. & 4. *v.* 173. Ἔλλαβε) Recepi ex Guyet. & Iens. Ἔλαβε edd. *ibid.* Κράνης) κρανείας *G.* male, si ἔλλαβε receperis. Ὡράνης Schmid. *v.* 174. Οἰμώζειν) οἰμώζειν *l.* male. *v.* 178. Ἥπιον) ἵππιον male *P. H.* *Pag.* 13. *v.* 183. Ὅτε) ὅταν *Fl.* ad versum elegantius. Ὅτ' ἐπὶ τὰ λ. Guyet. *v.* 184. Ὅμηρος εἶπεν) Sic restitui. Εἶπεν Ὅμ. inverse edd. Εἶπ' ἤδ' Guyet. (Ἦν εἶπεν Ὅμηρος, ἤδ' εἰμ' ἐγὼ *S.* & *B.* 4.) *v.* 191. Πουλυσϑενὲς) Guyet. recte. Πολυσϑ. edd. *v.* 192. Κλύε) Sic Guyet. & Schmid. Κλῦε edd. Nam prima est brevis. *v.* 195. Βαθείης) βαθέης Guyet. *Pag.* 14. *v.* 198. Κωλυσοδρόμα) κωλυσιδρόμα Guyet. *v.* 200. Δοιδυκοφόβα) Sic Guyet. & Pell. Δοιδυκωφόβα, media longa *l. Fl. H. P. S.* &c. Δοιδοκοφόβα *Amst.* *v.* 201. Περικονδυλ.) πυρικονδυλ. Guyet. *v.* 211. Τώδε) Omisit *Fl.* *v.* 213. Οὐκ ἔτ' ἐστι) Ex emendatione Solani. Οὐκ ἔστι edd. plurimae. Οὐκ ἔτι *Fl.* at omisso ἐστι. Οὐκέτ' ἐ. Guyet. *Pag.* 15. *v.* 215. Συνοχμάσας) Recte pleraeque. Συνογμ. male *l.* *v.* 221. Ξύλων) ξύλον *l.* *v.* 226. Ὀξέσιν) Restitui ex Pell. Ὀξέσι edd. *ibid.* Λίϑων) Bene *l. B. H. S.* Λίϑον *P.* *Pag.* 16. *v.* 231. Ἐκλυομένῳ) ἐκλελυμ. I. Gav. *v.* 234. Ἔνθεν) ἔνθενδε Guyet. *ibid.* Δε ἐκεῖϑεν) Sic Solan. cum Iens. Δ' ἐκεῖϑεν edd. Τὰ κακεῖϑ' Pell. *v.* 235. Ἔσπερχεν) Recepi ex Pell. pro vulgato ἔσπερχε. *v.* 237. Εἰσόδου) Εἰς ὁδοῦ Pell. Εἰς ὁδὸν Guyet. Vulgato favet *Fl.* *ibid.* Πέζαν) Et sic *Fl.* cum *l. P.* &c. *v.* 241. Τῇ δὲ) Ita bene *P. B* 1. aliaeque vett. Τῆδε aliae minus accurate. *v.* 243. Ἔστω) ἔσται malit I. Gavel. *Pag.* 17. *v.* 251. Ἐκλῑ́ζετο) κλῑ́ζετο Guyet. recte. Nil mut. *Fl.* *v.* 255. Πλεισϑένης) Πλησϑένης edd. hac priores. *v.* 260. Λαερτιάδην Ὀδ.) Λάρτιον τὸν Ὀδυσσέα Boiv. *Pag.* 18. *v.* 264. Σύροι) Ἰατροὶ Guyet. *v.* 267. Τόδε) Δε tantum *Fl.* male. *v.* 271. Λοίσθια) Λοισθία Guyet. *Pag.* 19. *v.* 285. Πικρὸν) Recepi ex Boiv. Πικρῶν edd. *ibid.* Βάθος) πάθος Guyet. bene, & in-

vitis edd. recipiendum. *v.* 287. ΠΟΝ.) ΠΟ. edd. male. BA. *B*1. 2. (& 4.) *Pag.* 20. *v.* 302. Τις) Sic edd. male. Τῆς Guyet. Τῆς μ' Gavel. *Pag.* 21. *v.* 311. Ἥρισε) Recte Guyet. Ἥρισεν edd. priores prave. *v.* 314. Ψαίρει) ψάλλει *S.* & *Amst.* solae. *ibid.* Πίτυς) Sic *Fl. I. V*2. *Ald. Fr. P. B*1. 2. 4. *H.* Πύθιος *S.* & *Amst.* *v.* 317. Μαιονία δ' Ἀρ.) Μαιονίδ' ἀρ. Schol. *ibid.* Ἐς) Restitui cum Guyet. Εἰς edd. pessime. *v.* 321. Φέροις) φέρεις *Fl.* *v.* 322. Ἀνώδυνον) ἤδ' ἀνωδ. Guyet. male, nisi tum ἀνόδυνον scribas. *v.* 323. Εὔληκτον) Lego εὔλεκτον τ'. Er. Schmid. *v.* 325. Μελέται) μελέτη Boiv. *Pag.* 22. *v.* 327. Συνναύκληροι) σύγκληροι Guyet. & Pell. & λήσεσθε initium faciunt versus sequentis. *v.* 329. Εὗρεν) εὕρε Pell. Sed & sic versus claudicat, nisi θεὸς monosyllabum fiat.

IN OCYPUM.

Pag. 23. *l.* 14. Δὲ) Abest a *B.* 4. *Pag.* 24. *v.* 5. Ὑπ' ἐμοῦ) ἠμείων ὕπο Guyet. *v.* 6. Ἀτρεκῆ) ἀτρεκεῖ *I.* Τ' ἀτρεκῆ Guyet. *v.* 9. Ἐνσεσειικὼς ἦ) ἐνσεσειικὼς, ἢ edd. sine sensu. Rationem emendationis vid. in notis. *ibid.* Προκόψας) προσκόψας Guyet. Ἦγε προσκ. Boiv. *v.* 13. Καὶ τότε) καί τοι Pell. *Pag.* 25. *v.* 16. Εἰμι τούτου) τοῦ δ' εἶμι Pell. *v.* 24. Δόλων) Δόλον Guyet. ut cohaereat δόλον φρονεῖ. *v.* 25. Μέ τι) μ' ἔτι Guyet. Nihil mut. *Fl. I. Fr. P.* Εἶν' ἡμᾶς Pell. *Pag.* 26. *v.* 33. Κλεψίχωλον) Emendavi ex Guyet. & *Fl.* Κλεψίχολον male cett. *ibid.* Ἰχνευμένον) ἰκνευμένον Guyet. Ἰζευμένον Schmid. *v.* 34. Προσέρχεται) προέρχ. Guyet. *v.* 37. Τείνω) τείνει Guyet. Sed & τείνων legi posset. *v.* 38. Λέγειν) στένειν Guyet. *v.* 42. ΩΚΥΠ.) In *Fl.* spatium est. In *I.* omissum etiam. Additum in *P. H. B*1. &c. *v.* 44. Παισὶν) παῖς ἐστ' Guyet. *Pag.* 27. *v.* 46. Μωρὲ) Sic *B*1. 2. (& 4.) Μῶρε *I. Fl. Ald. Fr. H. P. S.* *ibid.* Με) μοι *Fl.* *v.* 48. Ἐστὶν) Recepi ex *Fl.* Ἐστὶ cett. *v.* 49. Πείθου) Recte sic *B*1. 2. *V*2. *P. S.* Personam ΩΚ. male praefigunt *I. Ald. Fr. H.* In *Fl.* spatium est, quo personar. nomina designantur. *ibid.* Τὸ πέρας) Τὰς χέρας Guyet. Τὼ χεῖρ' ἂν Pell. Τὸ γῆρας Boiv. *v.* 50. Ὁ νέος) ὡς νέος male *Fl.* *v.* 55. Προῆλθε) προσῆλθε Guyet. & Pell. *v.* 57. Ἔστειλα) ἔσφηλα Guyet. Forsl. ἔτεινα, vel ἔτειλα. *v.* 58. Ὅς τις) Ita *Fr. P. B*1. 2. *H.* Ὡς τις *Fl. I. Ald. S.* *ibid.* Εἶπον, ἢ) εἶπεν, ὃς Pell. (cum

S.) *v.* 61. Βαλεῖν) *βάλλειν* Guyet. & Pell. *Pag.* 28. *v.* 62. Ἵνα) *ἤν* Guyet. *v.* 63. Ψευδηλογῶν) Bene *S. Ald.* cum *Fl.* Ψευδολογῶν *I. B*1. *H.* Ψευδολογῶν male ad quantitatem *P. v.* 66. Ἅπαντα) *ἅπαντας Fl. v.* 67. Ἐλελίξας) *ἑλίξας* Guyet. *v.* 70. Γὰρ ὢν) *ὢν γὰρ* Guyet. *Pag.* 29. *v.* 79. Οὔνομ') *ὄνομ'* Pell. melius. *v.* 81. Κούχ) Bene *Fl. P.* aliaeque. Κοὐκ male *I. v.* 82. Παθών;) *μαθών; Fl. v.* 83. Γὰρ) Delet Boiv. *v.* 91. Κατακνήσω) *κατακνίσω* corrigit Gavel. *v.* 92. Μοι) *τοῦτο* Guyet. omisso *μοί.* Μοι *τόδε* Pell. *Pag.* 30. *v.* 96. ΙΑΤ.) Omisit *I.* non *Fr. P. B*1. &c. In *Fl.* spatium est. *v.* 99. ΤΡΟΦ.) ΙΑΤ. *B*1. male. At *B*2. Τρο. cum *Fr. I. P. H.* &c. recte. *v.* 100. Σιδηρόσπαρτον) *σιδηρόκαρτον* Guyet. *v.* 102. Ἀκήκοας ἔργων) Sic *B. P. Fl.* Ἔργων *ἀκήκοας* Pell. aliaeque edd. *v.* 105. Ἦλθεν) *ἦλθε Fl. v.* 107. Κλίνης) Ita *Fl.* cum *I. P. H. B*1. &c. Κλίνην *Amst.* & *S. v.* 109. Πάντα φόβον λαβεῖν) *πάντας φόβος λάβεν* Guyet. *Pag.* 31. *v.* 116. Βάζων) *βάζων ὧδὲ πῶς* Pell. *v.* 119. Αἰεὶ) Ex emendat. I. Gavel. Ἀεὶ male edd. priſtinae. *Pag.* 32. *v.* 130. Ἀκμὴν) *ἀκμὴς* Pell. *ibid.* Εἶς) *εἷς, ἴσως* L. *v.* 132. Δακρύσεις) Pell. ita recte. Δακρύεις edd. *v.* 134. Κλήζεται) Sic Guyet. recte. Κληΐζεται edd. ante. *v.* 136. Γέρον) *γέρων B*1. 2. (& 4.) *Pag.* 33. *v.* 144. Μοι) Reſtitui ex *I.* & *Fl.* Σοι cett. male. *v.* 145. Κἀχώριστον π. ἦλθες) *ἦλθες ἀχ- πόνον* Guyet. Ἦλθες *πόνον ἀχ—* Boiv. *v.* 146. Πόνου) *βίου Fl.* Si *βίον* haberet, reciperem. (Πόνων *B.* 4.) *v.* 147. Ἦς) *I. ἧς* male. Ἦν Guyet. abiecto *ἄν. v.* 150. Εἰσῆλθεν) *εἰσῆλθε Fl.* non recte. *v.* 151. Μοι) Ita correxit Solan. Με edd. priores. *v.* 152. Ὅλος) Sic *P. Fl. H*1. Ὅλως *I. B*1. 2. (4.) *Ald. Fr. S. Amst. Pag.* 34. *v.* 166. Κάκην) *κακὴν* edd. priores. *v.* 168. Αἳ, αἳ) *αἱ, αἱ* accentu gravi *Fl.* Dubie *H. Ald. B*1. cum acuto *I. P. Fr. S. Pag.* 35. *v.* 172. Ἰδού σοι) Ita *Fl. Fr. H. P. Ald.* Ἰδούσι *I.* Ἰδού, *σοι B*1. 2. (4.) interpoſito commate.

IN EPIGRAMMATA.

II. *v.* 1. Θήρων) Bene edd. Anthol. & *S.* ed. Luciani (cum *B.* 4.) Τήρων male *P. v.* 4. Τειρόμενον) Sic *P.* (*B.* 4.) & Anth. Τεινόμενον ed. *S.* Luciani male. *v.* 7. Ἐλπίδας) Sic quatuor edd. (& *B.* 4.) Anthol. Ἐλπίδα edd. Luciani. *v.* 11. Τὸ *δεύτερον*) *τοδεύτερον* Anthol. hic & mox.

VII. *v.* 2. Λέγοιτο) *γένοιτο* Cod. alter.

IX. *v.* 2. Θεοὺς) Θεὸν Vatic. & alii Codd. Anthol.

X. *v.* 4. Πλείονα *βλαπτόμεθα*) *πλείονας βλάπτομεν* Cod. Vat. corrupte.

XI. *v.* 2. Μύθων) *λόγων* Codd. quidam ex gloſſa.

XII. *v.* 3. Τόνδε) *τὸν δὲ* Anthol. ed. *Fr.* & *Steph.* *v.* 5. Ἐν) Reſcripſi ex Anthol. pro *εὖ*, quod *P.* Luciani ed. cum *S.* (& *B.* 4.) habet. *v.* 6. Αἰεὶ) *ἀεὶ* ante lectum male. Αἰεὶ Cod. Vat. recte. *v.* 7. Σίμβλοις) Ita repoſui ex Anthol. pro *σύμβλοις*, quod Luciani ed. *P. S.* (& *B.* 4.) male occupat. Ἐν pro *ἐνὶ* male Vat. In quo *σίμβλοις* tamen recte. *v.* 8. Δρεφομένων) *δρεπομένων* male Vat.

XIV. *v.* 1. Μὴ *πταίων*) *εὖ πράττων* Vat. *v.* 2. Σοῦ) *σευ* Anthol. ed. *Fr.* p. 163, & Vat. Cod. meliùs. *v.* 3. Ἂν) *ἢν* alii, & Vat. *ibid.* Οὐδεὶς) *οὐδ' εἷς* quidam Codd. *v.* 4. Τε) Abeſt in nonnullis Codd. vid. nott.

XV. *v.* 3. Καταπαύσει) *καταπαύει* Vat. male.

XVI. *v.* 1. Μέγ') Reſtitui ex Anthol. I, c. 87. Μετ' *P.* male cum *S.* (& *B.* 4.) *v.* 2. Ἐφελκομένην) *ἐφελκομένη* Vat. Ἐφελκομένων alii.

XIX. *v.* 1. Νίπτεις) *νίπτοις* Codex unus.

XX. *v.* 2. Οὐδένα) *μηδένα* emendat I. P. D'Orv.

XXI. *v.* 1. Ὅσην) *ὅσαν* Vat. aliique. *v.* 2. Ἀγωνισάμην) *ἀγανισάμαν* Vat. *v.* 3. Πίσσῃ) Πίσῃ in Cod. Vat. & aliis. *v.* 5. Ἐκορύσσετο) Sic & edd. Anthol. Sed lege *καρύσσετο* cum Cod. Vat. *v.* 6. Μ' ἐκ) *με*, omiſſo *ἐκ*, optime Vat.

XXII. *v.* 1. Φυσίζοε) Bene Anthol. ed. Steph. & Codd. Φυσίζωε male edd. Luciani & quaedam Anthol. *v.* 2. Εὑρομένη) *εὑρομένα* Cod. Vat. *v.* 3. Ἐχρῆν) Aliter Anthol. vid. nott. *ibid.* Δωρήσασθαι) *δωμήσασθαι* Anthol. *Ald.* & *Steph.* (& *B.* 4.) vid. nott. *v.* 6. Δέκτρια) *γράφεται καὶ λέκτρια*, marg. Anthol. (Λέκτρια etiam *B.* 4.)

XXIV. *v.* 3. Σύμπασ') *σύμπας* male edd. Luciani. (excepta tamen *B.* 4. quae recte.) In Vaticano *σύμπασα καὶ*, quod cum D'Orvill. iam praeferrem.

XXV. *v.* 2. Ἔχειν) Forſan *ἔχω*, adſcriptum in marg. Anthol. non male, etſi vulgatum tolerabile.

XXVI. *v.* 3. Μὲν εἰ) *μένει Ald.* male.

XXXII. Εἰς ἕτερον Πρίηπον) Πριήπου Codd. quidam.

XXXIII. *v.* 6. Τῆσδε) Ita repoſui ex Anthol. VI, c. 8, & ed. *S.* Luciani. Τῆς δὲ ed. *P.* (& *B.* 4.) cum Anthol. ed. maiore.

XXXIV. *v.* 1. Νηρεῖ) Νιρεῖ Cod. Vat.

IN EPIGRAMMATA OMISSA.

I. *v.* 2. Ἔδοξε) ἤθελε Cod. Vat. male.

II. *v.* 1. Ψυλλῶν) ϕύλλων Vat.

III. *v.* 2. Ἐρωτήσης) ἐρωτήσεις Cod. quidam.

IV. *v.* 1. Γῆρας δὲ σὸν) Codd. & edd. quaedam male τὸ δὲ γῆρας. *v.* 2. Ἐκτανύσεις ῥυτίδας) Edd. vulgo male ῥυτίδας ἐκτανύσεις.

V. *v.* 1. Ἐμβαίνει) In ora *Wech.* Γρ. ἐμβαίνειν Μέλλων εἰς τὸ περ' ἀπίναι, adſcriptum manu Drakenborch. *v.* 3. Ἐπάνωθι) ἐπάνωθε Vat. *ibid.* Πάντα) Male omittit Vat. *v.* 6. Ποιεῖν) Bene edd. Πιεῖν alicubi invenerat Brod. Sed ποιεῖν legend. monuit.

VI. *v.* 1. Νίκων) Sic *Wech.* Νικῶν *Steph.* *v.* 6. Τούτῳ) τούτου Vat. Sed cum Salmaſio τούτῳ recte praetulit D'Orv.

VIII. *v.* 1. Βύτος) Βίτος alius Cod.

X. *v.* 1. Ψηφίζει) ϕηφίζων Vat. melius.

XI. *v.* 1. Δοκεῖ) δοκεῖς Vat.

XII. *v.* 2. Εἴδομεν) εἴδωμεν male Vat. *ibid.* Σοφίην) σοφίαν Vat. *v.* 5. Βολβὸν) βόλβαν hic & v. 8 in Vatic. *v.* 6. Οὐ) Abeſt a Vat. aliiſque Codd.

XIII. *v.* 3. Εἰ δὲ) Sic Vat. Cod. aliique & ed. prima. Ἐν δὲ edd. cett. *v.* 4. Τ') Abeſt a Vat. & aliis membranis ac prima ed. Adeſt in ed. *Steph.* & *Fr.* *v.* 7. Καὶ) νῦν Vat. *ibid.* Χάλκεον) ἀχάλκεον Vat. *v.* 8. Δ' εἰς) δ' ἄν τι Vat. Γρ. ἀντὶ, adleverat Drakenb.

ANNOTATIONES

IN TRAGOPODAGRAM.

Pag. 1. *l.* 1. ΤΡΑΓΟΠΟΔΑΓΡΑ) Non ſolus Podagrae encomium ſcripſit Noſter. Audi iuvenem apud Philoſtrat. in vita Apoll. IV, p. 170: Ποδάγρας ἐγκώμιόν τί μοι ξυντέτακται καὶ τοῦ τυφλόν τινα ἢ κωφὸν εἶναι. Sed an ob hunc luſum Tragicis accenſeri mereatur, viderint, qui poſt Fabricium novum eorum nobis Catalogum contexent. Sic *Therſitae laudes quaeſivit Favorinus*, teſte A. Gellio XVII, 12, & *febrim quartis diebus recurrentem* laudavit. SOLAN. Moliebar paulo ampliores in hunc libellum annotationes, quibus intexturus eram bonam partem Commentarii in hunc libellum ab Eraſmo Schmidio Witebergae praelecti 1631, qui beneficio Iulii Caroli Schlaegeri ad me pervenerat. Sed tempeſtive monitus contraxi vela, & Schmidianum Commentarium, tuae, doctiſſime Reitzi, fidei commendo, ut quae ferre videbitur numerus chartarum, volumini huic deſtinatus, inde in uſum lectorum decerpas. De interpretatione mea hoc ſolum praedico, me non praeſtare bonos verſus, ſed qui ſinguli ſingulis Lucianicis reſpondeant, & ſententiam eorum, quantum potuit a nobis fieri, exprimant. In choris praeſertim & metrum, & ſententiam ſingulorum verſuum, aſſequi nobis datum non fuit. Sed neque diu torquere ingenium tanti putabamus. Claudicare igitur in podagra verſus, quam ſententiam, malebamus. GESN. Quia variis coniecturis metrum horum verſuum emendari poteſt, potiſſimas variantt. lectt. quidem inſerui, parum tamen in contextu propter Codicum inopiam mutavi, etſi metrum ſaepe apparet corruptiſſimum. *Scopus huius dramatis eſt exponere malignitatem ac pertinaciam podagrae, quae medicamentis magis exaſperatur, quam ſanatur, ſecundum tritum illud Ovid. I Pont. El.* 4, Tollere nodoſam neſcit medicina podagram. *Praeterea ludibrio habere medicaſtros vana promittentes, aeque ac podagricorum mores, eoſque ad patientiam hor-*

tari. Quod & Sennertus c. 8 de Arthridite fatetur, aitque, eum cauſam tempuſque invadendi melius expreſſiſſe, quam nonnullos medicos. Haec poſteriora ex Eraſm. Schmidii praelect. Mſſ. a Geſnero mecum communicatis, unde potiſſima quaeque deinceps quoque delibabimus, plurimis ethicis & medicis ratiociniis omiſſis. REITZ.

verſ. 3. Ταρτάρου κευθμῶσιν) Materia podagrae eſt ichor, i. e. humor acris, &, ut Chymici vocant, tartareus. Hunc foetum dicit produci in ταρτάρου κευθμῶσι βαθυσκίοις, h. eſt, in intimis penetralibus corporis; ubi *tartari* non inepte mentionem fecit, quod non tantum *infernum* notet, ſed & materiem calculoſam, tartaream, articulorum iuncturis ſe inſinuantem, & cruciatus intolerabiles efficientem. Nutricem τὴν Ἀληκτὼ, unam Furiarum, facit, quo notatur mala concupiſcentia & pravus appetitus naturae noxius: ἡ Ἀληκτὼ enim ab α privativo, & λήγω *deſino*, nomen habet. Omnino enim huic morbo alimonia ſuppeditatur, quando cauſae οὐ λήγουσι, *non ceſſant.* Creſcit enim indulgens ſibi, ut dirus hydrops. SCHMID.

v. 4. Ἐξεγείνατο) Simpliciter pro τίκτειν ſatis notum. At Heſych. Ἐξεγένετο exponit, ἐξεπονήσατο. Si legas ἐξεγείνατο, ſignificabit τὸ ἐξεπονήσατο, *aegre ac multo cum labore ſeu dolore peperit*, uno verbo, *enixa eſt.* Quae expoſitio quam apte huic loco conveniat, nemo non videt. Fuerit igitur hoc ominis inſtar futurorum cruciatuum, quibus adulta Podagra homines torqueret. Si cui autem videatur ἐξεγένετο non a capite ſcribendum apud Heſych. ſed cum praecedentibus connectendum hoc pacto: Ἐξέβλω (l. ἐξέβλωσεν) ἐξέτρωσεν, ἐξεγείνατο, ἐξεπονήσατο· ſignificatio erit, *partum abegit*, vel medicamentis, vel alio quocunque modo; cuius deteſtandae conſuetudinis mentio apud vett. paſſim. Ovid. Am. II, El. 14. Cic. pr. Clu. cap. 32. Clem. Alex. Paed. II, p. 1, 3. Haec doctiſſ. I. Gavel in Animadv. ad hunc Dial. vid. Miſc. Obſ. anni 1739, p. 417. Cui de mutatione in Heſychio non contradico; ſed poſteriorem expoſitionem de *partu abigendo* ad hunc Tragopodagrae locum non pertinere dico, (quod nec ipſe voluit:) nam qui partus mox dicitur uberibus matris alitus, is certe abortus non eſt, qualem ſi quae mulieres ſibi procurant, occidendi foetus, non alendi cauſa id faciunt. REITZ.

v. 5. Πικρῷ βρέφει) *Amarulento infanti*, propter cruciatus, quos efficit. Forte leg. πικρὸν βρέφει, ut ad γάλα re-

feratur. Posset etiam legi μικρῷ βρέφει, cum initia huius morbi sint exilia, iisque facile occurri posset, nisi causae essent ἄληκτοι, & continuatione parvum hunc foetum alerent. Βρέφος autem modo est foetus in alvo latitans, ut apud Dioscor. V, c. 74. Et Luc. I, 41 & 44, modo nuper natus; 1 Petr. II, 2, modo infans alicuius aetatis, sed minoris, ut in ὑποθέσει III Isthm. Pind. & Epist. ad Timoth. III &c. SCHMID. Idem I. Gavel editioni Isingrinianae (id est Basilienſi primae) adscriptum ait, forte legendum πικρὸν βρέφει. Sed nullam esse causam, cur a vulgato recedamus, bene existimat. REITZ.

v. 8. Εἰς φῶς) Indignatur, Podagram in initimis penetralibus corporis genitam in apertum produci, & in membris externis evidenter sentiri; causamque ad infelicem Genium refert: innuens, causam esse occultam. SCHMID.

v. 9. Τεθνεῶσιν) In edit. Isingr. adscriptum, Εἰ τεθνεῶσι δ' ἀμπλ. testatur modo laudatus Gavel; sed malle se εἰ γὰρ τεθνῶσιν legere, per synizesin. At potest id in dimetiendo versu tamen fieri, etsi vulgatum retinemus, ut in versu primo Il. Hom. — Πηληιάδεω Ἀχιλῆος. Et ut θέοισιν saepissime fit disyllabum apud Theognidem, ut v. 358 &c. Item θεοῖς & θεῶν monosyllabum, ib. v. 171: Θεοῖς εὔχου, οἷς ἐστι μέγα κράτος οὔτι ἄτερ θεῶν. Iterum v. 202, atque alibi. Sic Θεόγνιδος trisyllabum v. 22. Quin & anapaestus hic potest manere in secunda sede; etsi id durius. REITZ.

v. 10. Βροτῶν) Malim βροτοῖς. BOIVIN. Ceteras eius ac Guyeti coniecturas in his notis non comparentes, variantibus lect. inserui, ne quid omissum credas; nisi forte eiusmodi notulas, ubi Guyet. unicum verbum Latine reddidit, quod in versione nunc comparet. Omitto & hic, quia iam nimis est notarum, Ienſii observata in Lect. Luc. pag. 384 seq. ubi nimis multis probat, τοῖς τεθνεῶσι βροτῶν vulgarem esse Graecismum, adeoque non opus esse βροτοῖς· quod ut concedo, ita *Fl.* lectionem tamen praefero, quae propter praemissum ἀμβλακημάτων magis perspicua est: nam etsi & Latine aeque dicas *multi mortalium*, ac *multi mortales*, accedente tamen novo genitivo, intricatior fieret oratio, si dixeris *multos mortalium criminum poena manet*. Etsi duplicem illum genitiv. analogis quoque exemplis probari posse scio, quid tamen opus est obscuriora sequi, quando meliora editio princeps exhibet? REITZ.

ibid. Ἐν φάει) I. e. in vita, dum fruerentur lumine vitali. SCHMID.

v. 12. Στροβητὸν) Hanc vocem aliasque ad sexdecim ex hoc Dial. collectas, Lexicis ignotas vid. in iisdem Miscell. pag. 419. REITZ.

v. 15. Προσάπτειν) Scil. ἔδει, ἀπὸ κοινοῦ, ex v. 13. Nempe τοὺς δικαστὰς Aeacum & Rhadamanthum. Alias passive dicendum fuisset προσάπτεσθαι. Sicut paulo ante etiam pro κολάζειν, κολάζεσθαι locum habuisset, si ad subiectum patiens referatur. SCHMID.

v. 16. Ὡς μου τὸ λυπρὸν) *Squalidum, squalens.* GUYET. Syntaxis est: ὡς τὸ δέμας μου λυπρὸν καὶ ταλαίπωρον χειρῶν ἀπ' ἄκρων &c. ἕστηκε, καὶ μεμυκὸς ἐπιτείνει πόνους, ἰχῶρι φαύλῳ &c. τόδε διασφίγγον πόρους πνεύματι βιαίῳ. Ἰχῶρι φαύλῳ, i. e. διὰ τοῦ ἰχῶρος φαύλου. Τόδε διάσφιγγον, i. τοῦδε διασφίγγοντος. Accusativus absolutus, cuiusmodi passim exempla occurrunt. *Ea re poros stringente* ob spiritus inclusi vim &c. Pro τῷδε itaque legendum est τόδε cum Guyeto, qui tamen non τόδε scripsit, sed τοδὲ, calami puto, ac manus lapsu. BOIV.

ibid. Ταλαίπωρον) Est misere cruciatum. Proprie ταλαίπωρος est τάλας κατὰ πώρον, miser circa vel propter ingentes lapides in lapicidinis, ubi laborantes gravi vexabantur labore, & segnes flagris caedebantur. Postea in genere est quocunque modo valde miser. Τὸ δέμας denique a δέδεμαι *ligatus sum*, semper corpus vivum notat, cui anima adhuc colligata est; cum τὸ σῶμα non tantum de vivo, sed & de mortuo corpore dicatur. Vid. Plutarch. de Homer. SCHMID.

v. 20. Ἕστηκε) *Distentum est.* GUYET. Variis modis hunc & sequentem versum invertendo tentat Gavel in Miscell. pag. 419. REITZ.

ibid. Καὶ μεμυκὸς) Potest hic legi δεδυκὸς, ut v. 120, — δεδυκὸς ὑπὸ μυχοῖσι γυίων. Longe maiorem curam poscebant Tragopodagra & Ocypus, sed & maius otium. In nullis Codd. reliquum dramatis Ocypi comparuit. BOURD. Τὸ βλάβος τῆς ποδάγρης dicitur μεμυκὸς, non quod mugitum edat, sed quod talis eius materia, ut exitum sibi per poros quaerat, & partim propter toposítatem materiae, partim propter διάσφιγξιν τῶν πόρων ὑπὸ πνεύματος non facile viam inveniat; ideoque cum cute & membranis luctetur, ut vapor intra viscera terrae conclusus cum terrae

parietibus & ſuperficie luctatur, adeo ut in terrae motu ſaepe mugitum edat; unde ſpecies quaedam terrae motus μυκετίας vocatur Ariſtoteli de mundo c. 4. Cuiuſmodi μυκιτμὸν etiam hic edere poſſet materia illa luctans, ſi cutis & membranarum ratio pateretur. SCHMID.

v. 21. Σπλάγχνων) A cauſa efficiente, quae eſt mala diſpoſitio τῶν σπλάγχνων, maxime hepatis & lienis: haec enim per σπλάγχνα hic potiſſimum intelliguntur. Sicut & Plin. per utrumque viſcus κατ' ἐξοχὴν lienem & hepar intelligit. Pro ἐπ' αὐτῶν legi etiam poſſet ἀπ' αὐτῶν, ab ipſis viſceribus; ab illis enim σπλάγχνοις ipſum prodit malum in exteriorem carnem. SCHMID.

v. 24. Ἡ Σικελὸς) Intelligit fretum Siculum anguſtum vix VII ſtadia latum iuxta Strab. l. II. Unde & hic αὐλὼν nominatur ob longitud. anguſtiorem inſtar fiſtulae. SCHMID.

ibid. Αὐλὼν ἁλιπόρου) I. e. fretum Siculum Mamertinum, in quo Scylla & Charybdis. GUYET.

v. 27. Δυστέκμαρτον) Inveſtigatu, cautu & obſervatu difficile, & cuius inſultuum tempora non ſatis praevideri poſſunt. SCHMID.

ibid. Τέλος) I. e. χρῆμα, *res*, podagra ſcil. GUYET. Τὸ τέλος hic non eſt finis, ſed effectus, ita ut res effecta & ad perfectionem perducta ſit. Iliad. T, 107. SCHMID. Τέλος hic non capiendum eſſe pro πράγματι, uti Guyeto viſum, ſed proprie pro *fine*, *exitu*, ſuadent non ſolum adiectivum δυστέκμαρτον, ſed & ſequentia, praecipue vero iſta: ἐλπίδι ματαίᾳ μωρὰ βουκολούμενοι. GAVEL.

v. 30. Κυβήβης) Conf. ſupra Ἀποφρ. c. 11. Recepi autem Κυβήβης, quia Κυβέλης alioqui ſcribendum foret, idque verſus reſpueret. Vidit etiam I. Gavel, qui plura de hoc nomine in Miſcell. Obſ. anni 1739, p. 420. REITZ.

v. 34. Φρυγίου κατ' οὔρεα Τμώλου) Omnes alii Lydiae Tmolum montem adiudicant, & iure: fuit enim vicinus Sardibus ad meridiem; Sardes vero fuiſſe Lydiae metropolin, inter omnes Geographos & Hiſtoricos conſtat. Ut tamen aliquid pro Luciano dicam, uſus eſt Phrygiae nomine latiſſime ſumto, cuius confinia cum Lydia nunquam fuerunt certa & ſtabiliter conſtituta. Nam ſic Strabo L. XIII: τὰ δὲ ἑξῆς εἰς τὰ νότια μέρη τοῖς τόποις τούτοις ἐμπλοκὰς ἔχει μέχρι πρὸς τὸν Ταῦρον, ὡς τὰ Φρύγια, καὶ τὰ Λύδια, καὶ τὰ Καρικὰ καὶ ἔτι τὰ τῶν Μύσων δυσδιακριτὰ εἶναι, παραπίπτοντα εἰς ἄλληλα. Eum vide, ubi plures rationes red-

dit talis confusionis; & patet, Lucianum promiscue Phrygiae & Lydiae nomina sumsisse, quando subiungit in sequenti versu κῶμον βοῶσι Λυδοί. PALM.

v. 36. Παραπλῆγες) Παραπλήσσειν est perperam pulsare instrumentum musicum. Inde ὁ παραπλὴξ, cui mentis vel sensuum harmonia depravata est. Aliud notat Homero Od. E, 415 & 440, nempe obliquis fluctibus undarum percussa litora. SCHMID.

ibid. Δ' ἀμφὶ) Τὸ δ' delendum videtur. Ῥόπτροις, *clavis*. Ἀμφὶ *circum*, adverbium sine casu. GUYET.

v. 37. Κρητὶ ῥυθμῷ) Pro Κρητικῷ, ut v. 53, δακρύοις γόοις pro γοεροῖς, similiumque ex aliis exemplorum copiam vid. apud modo laudatum Gavel p. 421. Habuimusque in Luciano non semel: quare hic non repetam. REITZ.

v. 38. Νόμον εὐὰν Κορύβαντες) Ut versus constet, legendum omnino, Νόμων Κορύβαντες εὐάν. Neque τὸ εὐὰν mutandum existimo; vid. Clem. Alex. Admon. ad Gent. p. 7. Conf. p. 9. Basil. orat. ad iuv. p. 25 ed. Pott. ἕτεροι δὲ πρὸς αὐλὸν κορυβαντιῶσι καὶ ἐκβακχεύονται. Κορυβαντιᾷν habet & Noster in Tim. Long. περὶ ὕψους Sect. IV, p. 19. Vid. Eust. ad Dionys. v. 524. GAVEL.

v. 39. Βρίθουσα) I. e. *Plena*, *gravida*. GUYET.

v. 41. Ἀϋτὴν) Cur ἀϋτὴν rescribi velim, & ita interpretatus sim, non opus est multis indicare. Proprium & Homericum est ἀϋτὴ, cum de bellico clamore agitur. Ab ἄτην illo etiam versus fit podagricus. GESN.

v. 45. Χλοητόκοισι) I. e. χλωροτόκοις. GUYET. Ἡ χλόη non tantum est gramen virens, sed & viriditas, foliaque virentia, unde hic ποίαι χλοητόκοι dicuntur herbae viriditatem producentes. Ceterum Grammaticorum regula est: nomina paroxytona in όα, quando assumunt iota, fieri oxytona, ut tradit Etymologus in ῥοιά. Ut ἡ πόα, ῥόα, φόα, χρόα, πτόα. Ita ergo sic legendum esset ποιαῖς. Sed Hom. hoc non observavit, qui non ποιὴ aut ποιὰ pro herba, sed ποίη scripsit. Ut Il. Ξ, 347, Od. I, 449, Ψ, 367, 369, 371. Et in Hymno Mercur. v. 27 & 232, & in Pana 26, & in Terram matrem 15; sicut etiam Eustath. huius discriminis non meminit. Relinquendum ergo παροξυτόνως, ποίαις. Sinapius epitheton hoc χλοητόκοισι ad λειμῶν retulit, *graminifera prata*, sensu quidem per se satis bono, sed a textus verbis alieniore, cum non λειμῶν, sed αἱ ποίαι hic χλοητόκοι dicantur. SCHMID.

v. 47. Δένδρεα πνοαῖς) Si legas δένδρα cum Guyet. legendum etiam erit πνοιαῖς, non πνοαῖς. Non ita poſcit ratio verſus Anacreontici ſeu dimetri catalectici. Sed fortaſſe nihil hic mutandum, ut ſit tribrachys pro iambo pede. Boiv. Sunt hic verſus Anacreontici. Legit Guyetus δένδρα. Itaque & πνοιαῖς legendum eſſe, ait Boivin. *Sed fortaſſe nihil eſſe mutandum, ut ſit tribrachys pro iambo.* Immo nihil mutandum, nec, ut tribrachys ſit pro iambo, opus eſt. Ultima in δένδρεα ob ſequentis vocis primas conſonas, producitur; & πνοαῖς per συνίζησιν, quales συνιζήσεις poëtis ſunt frequentiſſimae, eſt monoſyllabum. Iens. Quid ſi πνοιαῖς legamus, ut δένδρεα trochaeum per ſynecphoneſin conſtituat, quemadmodum οὔρεα v. 34, ait L. Gavel. in Obſ. iam laudatis pag. 422; ad quae clariſſ. editor tamen recte animadvertit, ita prolatas ſyllabas unam ſaltem longam efficere, adeoque hic ſpondeum non trochaeum fore. Ego nihil muto, etſi δένδρα πνοίαις magis placet. Reitz.

v. 49. Δύσγαμος) Reſpicit ad fabulam Prognes, quae infeliciter nupta fuit Tereo regi Thraciae, & poſtea in hirundinem mutata fingitur Ovid. 6 Met. Schmid.

v. 51. Καὶ νύκτερος — γόοις) Iterum Guyet. pro νύκτερος legit νυκτέροις, & γοῶσ' pro γόοις. Neutrius mutationis cauſam perſpicio. Nec ſenſus, nec metrum alterutram requirit. Quidni Aëdon poteſt dici νύκτερος, quia nocte quaſi flet, ut νύκτερος μήνη, *Luna noctivaga*, apud Aeſchylum? De nocturnis Aëdonis, ſive Philomelae, queſtibus vid. Virgil. IV Georgic. 515 ſeqq. Deinde τοῦ γόοις mutandi nulla cauſa. Commodiſſimo epitheto δάκρυα dicuntur γόα. Cetèrum obſervo, hic Lucianum producere mediam in δακρύοις, ut facere etiam in δακρύω Moſchum alibi oſtendi; cui nunc addo Bionem, cuius in Idyl. I hic verſus eſt 34: Καὶ παγαὶ τὸν Ἀδώνιν ἐν ὄρεσι δακρύοντι. Dorice pro δακρύουσι. Addo & Ariſtoph. in Veſp. v. 973: Αἰτεῖτε· κἀντιβολεῖτε· καὶ δακρύετε. Infra quoque in Noſtri Ocypode v. 132: Στένων, δακρύεις· ἓν δέ σοι φράσαι θέλω. Iterum Noſter in epigrammate in Theronem prodigum: Εὐκτήμων δ' ἐδάκρυε τὸ δεύτερον, οὐκ ἔτι κεῖνον. Patet ergo, non unicum eſſe iſtum Moſchi locum, ubi id fit. Iens.

v. 54. Ὦμοι) An ὤ μοι; ait Gavel. Probo coniecturam: nam etſi οἰμοι quoque coniicere poſſis, tamen alterum praeſtat, quia invocantis hic eſt, non eiurantis adeo. Quod vero ad-

dit, ſic animal tripes ſenex dicitur in notiſſimo Sphingis aenigmate, non repeto. REITZ.

v. 59. Λεῖπε) Solanus adleverat, λίπε Guyet. male. Sed in notis Guyeti Mſſ. invenio: An λίπε; ſic verſus rotundior. Non igitur adeo male rem hic gerit, licet emendatione non opus ſit, ubi vulgatum ſanum. REITZ.

ibid. Ὑπώροφον στέγην) *Inferius conclave.* Podagri enim cubicula amant in infimis contignationibus, cum aſcendere ſcalas iis difficile ſit. SCHMID.

v. 67. Βάσεις ἀμείβειν) I. e. *pedes alternos ponere.* GUYET.

v. 69. Ὅμως δ' ἐπείγου) Syntaxis, γιγνώσκων ὅτι ἂν πτωχὸς ποδαγρῶν περιπατεῖν θέλῃ, καὶ μὴ δύνηται, τοῦτον τίθει ἐν νεκροῖς. Nota φράσεως inſolentiam, τίθει pro δεῖ θεῖναι. Ea eſt vis adverbii ὅτι, quod abundat ſaepe, ut in Evang. Ioan. c. 18, ὡς οὖν εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι ἐγώ εἰμι &c. pro, ὡς οὖν εἶπεν αὐτοῖς τοῦτο, ἐγώ εἰμι &c. Sic hoc Luciani loco videtur τὸ γιγνώσκων ὅτι τίθει ἐν νεκροῖς dictum pro γιγνώσκων τοῦτο (ſupple τὸ παροιμιαζόμενον) τίθει ἐν νεκροῖς τὸν ποδαγρῶντα &c. BOIVIN.

v. 73. Τίνες γὰρ οἵδε) Male haec reddidit interpres, cum ibi ἀκτέα ſit ἀκτὴ, i. e. *ſambucus*, cuius foliis podagrici finguntur caput cingere, quia ſambuci folia ποδαγρικοῖς βοηθεῖ μετὰ στέατος ταυρείου, ἢ τραγείου. Ita Dioſcorides: nec multo aliter Plin. & Sammonic. in cap. de podagra pellenda: *parva ſambucus item hircino collita ſevo.* Bochart. de animal. S. S. part. II, l. 2, c. 6. ALMEL.

v. 74. Κάρηνα φύλλοις) Optime Bochart. animadvertit, hic *ſambucum* eſſe interpretandum: nam praeter adductos ab eo auctores confirmat id Marcellus de Medicina c. 36: *Ad podagram frigidam ſambucum quoque cum axungia, & braſſicae cinis cum axungia impoſitus plurimum iuvat.* Iiſdem paene verbis Scribonius Largus de compoſit. medic. c. 41, *de podagra frigida.* ALMEL.

ibid. Ἀκτέας) Ἡ ἀκτέα, item ἡ ἀκτὴ, vel ἀκτὶς, vel ἀκτέος, etiam Theophraſto L. III Hiſt. Plant. c. 6, (niſi forte menda ſubeſt) *ſambucus* eſt, frutex gravi foliorum odore, folia ante alios frutices & arbores fere primus emittens. Ideo hic Podagricis ſub veris initium, quo plerumque morbus invadit, numini ſuo ſacra peragentibus corona ex ſambuco tribuitur. Adde, quod & ſambuci folia cum ſevo taurino & hircino impoſita podagram mitigare credantur, ut ait Dioſcor. IV, c. 168. Et ſambuci tenerrima

folia, cum pari pondere radicum plantaginis, ſuillaeque axungiae veteris, contrita ſubactaque podagricos dolores praeſentaneo auxilio mulcere ſcribuntur a Matthiolo XIV, c. 168. SCHMID. Ἀκτέα, ἀκτῆ, Sambucus. Gloſſae habent ἀκταία, male. GAVEL.

v. 75. Τίνα δαιμόνων) Quid ſi legeretur τίνι δαιμόνων; SCHMID. Idem obſervavit I. Gavel. REITZ.

v. 78. Βακχείων) Lege Βακχίων. GUYET.

v. 82. Ἦν) Ὄν requiri, ſi quantitas pateretur, quia nondum reſciverat, eſſetne Deus, an Dea, cuius feſtum agebant, monet Gavel in Obſ. Miſc. an. 1739, p. 423. Quid ſi ergo ſic, bis addita interrogandi nota, Τίς δ' ἐστιν; ὃν δ' ὑμνεῖτε; REITZ.

v. 86. Εἷς εἰμι κἀγὼ τῆς θεᾶς ἐπάξιος) Interpres vertit, *Unus quidem ſum: ſed Deam non dedecens.* Dum vult & ipſe ποιητίζειν, ſtultiſſime perdit ſenſum. Ego exiſtimo, Podagrum, ubi audiret ſe vocari myſtam Deae inexpugnabilis & inexorabilis, quaſi mirabundum interrogaſſe, *Egone quoque* (qui tam miſer ſum) *ſum unus Dea dignus?* Necdum enim noverat Podager noſter, eſſe quampiam Deam, cui hos dolores ſuos deberet, cuiuſque ſacris eſſet ipſe quoque initiatus. Quare & in Graecis ſignum interrogandi eſt ponendum. Eundem in modum rogat idem v. 125:

Εἷς ἆρα κἀγὼ κατωργιασμένων
Ἔλαθον ὑπάρχων;
Itane ſane & ego unus ſum ex initiatis; idque adhuc ipſemet ignoravi?

In priori verſu, nempe Εἷς εἰμι κἀγὼ &c. videtur παρέλκειν τὸ εἷς, vel ſumi pro τίς. *Unus* apud Latinos aliquando eodem modo ſumi, docuerunt iam eruditi. Idem quoque fit apud Graecos, ut ex hoc loco liquet. Sic & apud Aelianum X Ποικιλ. 18: Βουκολῶν δὲ κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἠράσθη αὐτοῦ νύμφη μία, καὶ ὡμίλησε καλῷ ὄντι καὶ νέῳ. Hic μία valet τίς. *Nympha quaedam.* IENS.

v. 88. Ἀπ') Etſi leve eſt, monendum hic tamen, quia neglexere priores. Structura eſt ἀπὸ σταγόνων αἰθέρος, adeoque anaſtrophe σταγόνων ἄπο ſcribenda, unde ἄπ' etiam retinebit accentum vulgo omiſſum. REITZ.

v. 92. Ζηνὸς) Quidni Ζανὸς legendum, & v. 99 ἀμετέραν, 110 τὰν δ' εὐγλ. Bene monet I. Gavel l. d. REITZ.

v. 98. Ἐγρεκύδοιμον) Epitheton Minervae, Deae belli, ſed prudenter fortiterque geſti, ab ἐγείρω *excito*, & ἐγεί-

ρομαι med. pro quo per ſyncopen ἔγρομαι. Ὁ κυδοιμὸς tu-multus, maxime bellicus. Inde ἐγρεκύδοιμος, tumultum bellicum excitans. Heſiod. Theog. 925 Minervam appellat ἀγροκύδοιμον, quaſi agros vaſtantem, (ut quidam libri habent) ſed videtur ἐγρεκύδοιμον praeferendum; quod tamen non ſatis attendenti videri poſſet compoſitum ex ἐγείρω, & κῦδος *gloria*, quaſi *gloriae excitatrix* ſit Minerva, uti & Sinapius reddidit, *Virtute claram Palladem*: quem in verſione huius dramatis ſubitanea ſecutus *gloriae excitatricem* reddidi, cum debuiſſem *belli* vel *tumultus excitatricem* exponere. Idque vel ex ſola quantitate cognoſcere licet: nam ὁ κυδοιμὸς *turba* corripit primam, ut paſſim ex Hom. liquet. At κῦδος *gloria* cum derivatis primam producit. Praeterea diphthongus οι in ἐγρεκύδοιμος, magis ad originem κυδοιμὸς adducit, quam ex ὁ κύδιμος. SCHMID.

v. 101. Ἐλόχευσεν) Heſych. λοχεύει, τίκτει, γεννᾷ. GUYET. Ἐλόχευσεν Ὀφίων) Non quod Ὀφίων hic peperit podragram, ut mater, quam mox nominat Μοῖραν, ſed quod ille antiquiſſimus Ὀφίων ante Saturnum, Iovem, Iunonem & Minervam iamdudum podagram habuerit, & in ulnis ſuis quaſi foverit. Commendat ergo Chorus hic podagram ab antiquitate. Ὀφίων autem unus putatur e ſociis Cadmi e dentibus Draconis nati, Ovid. III Met. accipitque nomen ab ὄφις, *ſerpente*. Aliis tamen verius hic Ὀφίων unus Titanum putatur, de quibus Heſiod. Theog. 207. Hic cum Eurynome Oceani filia ex Thethye, ut habet Heſiodus Theog. 358, rerum potitus fingitur ante Saturnum, a quo & a Rhea coeli gubernaculis deiectus dicitur. Meminit huius rei Lycophr. in Caſſ. v. 1192. SCHMID.

v. 107. Μοῖρα) Genitricem podagrae. Supra Podager ex impatientia loquens Μέγαιραν pronuntiavit, ob furorem & carnificinam morbi. Hic Chorus non tam ex impatientia, quam ex aſſuetudine, loquens, matrem facit unam Parcarum, quam in genere nominat Μοῖραν, i. e. *Fatum*. Dein Κλωθὼ in ſpecie, i. e. decretoria vis naturae, a κλώθειν decernere. SCHMID.

v. 108. Ἐγέλασσεν) Haec iocoſe fingit poëta, ut ludibria in podagricos ab amicis iacta excuſet, cum merito, exorta apud aliquem podagra, ridere videantur amici, quandoquidem ipſum coelum in primo eius ortu riſerit, & cum ſerenitate, in ſignum laetitiae, tonuerit. SCHMID. Lepide ſane dictum, ut non immerito pro Dea habeatur

Podagra. Solent enim fingere poëtae, naſcente Deo aliquo omnia ridere quaſi, & laetitia perfundi. Dionyſ. Perieg. v. 939 ſeqq. Theogn. v. 5 ſeqq. GAVEL.

v. 110. Εὐγλαγέτοις) Εὐγλαγέτοις ἐνὶ μαζοῖς foetus bene creſcit & pingueſcit: ſic podagra, alimonia large ſubminiſtrata, creſcit & cito adoleſcit. Γλάγος poët. pro γάλα· hinc εὐγλαγὴς, *lacte abundans*. Sed pro εὐγλάγετος, Lycophr. Caſſ. 307 εὔγλαγος. Hom. εὐγλαγὴς Il. Π, 642. Ceterum ἐνὶ μαζοῖς pleonaſmus Atticis non infrequens, & fruſtra hebraiſmi ſuſpectus in Matth. III, 11. Marc. I, 8. Ioan. I, 26 & 31. Eurip. in Suppl. 593, στρατηλατήσω κλυτὸς ἐν κλυτῷ δόρει. Muſaeus 158, παραπλάγξας ἐνὶ μύθοις, *ſeducens verbis*. Haec Schmid. Nec infrequens Luciano. Vid. nos ad Philopſ. cap. 33, ad Herodot. c. 5, & Hemſt. ad Dial. Mort. XXIII f. Conf. infra ad v. 268, ubi rurſus alia ſimilia afferuntur. REITZ.

v. 111. Πλούτων) Abſurde Pluto nutrix fit. SOLAN. Minus abſurdam nobis reddit hanc fictionem Schmidius, qui notat: *Supra Podager nutricem fecit* τὴν Ἀλεκτὼ, *ad cauſas internas reſpiciens. Hic autem Chorus ad cauſas externas adiuvantes & augentes, quas tribuit* Plutoni, *i. e. divitiis ac diaetae lautae, dum pauper a podagra fere immunis degit.* Probo antiſtrophen; ſed & fateor durum, tribuere mammas lactantes Plutoni. REITZ.

v. 112. Τίσι) Hic verſus ſenarius videtur. Ὀργιάζει, *initiat*. GUYET. Claudicat verſus. Non dubito, quin exciderit ἥδ', & legendum ſit, Τίσι δ' ἐν τελεταῖς ἥδ' ὀργιάζει προστόλους; *Quibus vero ſacris illa antiſtites initiat?* Ἥδ', *illa*, ſcilicet Dea. Poſſet etiam legi κατοργιάζει. Sed alterum illud magis arridet. IENS.

v. 113. Οὐχ αἷμα) Non videtur illa effuſio ſanguinis in alieno ſubiecto accipienda, ſed in proprio initiandorum, cuiuſmodi fuit caerimonia Baalitarum, qui cultellis membra lancinare ſolebant, ut ſanguis largiter efflueret; vid. 1 Reg. VIII, 28. Quae caerimonia Luciano incognita non fuit, cum initio Chriſtianus & verbi divini praeco fuerit. SCHMID. Οὐχ αἷμα) Et ſequentes σωταδικὰ metra. *Guyet.* Idem in nott. Mſſ. aliter tentabat, quam in variantt. notarat Solan. nempe: Οὐχ αἷμα προχέομεν λάβρον ἀπὸ στ. &c. Deinde ad verbum προσχέομεν adſcripſit: forſan προχέομεν, i. e. non acie gladii ſanguinem profundimus. Ideo aut Solan. in excerpendis ſchedis Guyeti aberravit, aut alias ha-

buit. Superior illa inverſio magis arrideret; ſed vulgata ſtare poteſt. His ante a me notatis, video iam etiam Gavellium fateri, ſenſum Guyetiana emendatione aptiorem fieri, ſed metrum impugnari; ideo vulgato verbor. ordine ſervato mallet προχεύομεν. Fortaſſe tamen nihil mutandum eſt, ut ſubaudiatur βωμῷ vel βωμοῖς· ſenſus tunc erit, *aris non affundimus ſanguinem.* Mox v. 140 ipſa Dea Podagra οὔτε χυθὲν αἷμα βωμίοις παρ' ἐμπύροις placare ſe poſſe affirmat. REITZ.

ibid. Ἀπὸ στόματος σιδάρου) Os ferri *acies* eſt: inde μάχαιρα δίστομος Hebr. IV, 12. Et Apoc. I, 16 &c. apud Euripid. in Suppl. ὀξύστομος μάχαιρα. SCHMID.

v. 114. Οὐ τριχὸς ἀφέτοιο) Sic Schmid. Additque, non *evulſionem ſetarum* eſſe, ut vertitur, ſed flexum, collectionem, unde λιγύζω, in nodum colligo, vimine necto. Adeoque contorſiones capillorum ipſorum myſtarum intelligi, non caedendarum victimarum. Probo. REITZ.

v. 115. Ἀστραγάλοις) Glandes ac tali ſcuticis innecti ſolebant ad vehementiorem ictum. Sic μάστιγες ἀστραγαλωταὶ, vid. Plut. adv. Colot. & Euſtath. Il. Ξ, & Ψ, qui etiam σκορπίοι. I Reg. XII, 11 & 14. SCHMID.

v. 116. Λακιστὰ) *Diſcerpta.* Heſych. λακίζει, ῥηγνύει, ῥήσσει &c. GUYET.

ibid. Κρέα) Recte hic α producitur, quia craſis ex κρέατα, κρέαα, κρέα. Ap. Hom. Od. A corripitur. Sed ibi ἀποκοπὴ eſt ex κρέατα. Nam contractum α ſemper longum, ut γέρα apud Sophocl. El. A. I, Sc. 4. SCHMID.

v. 120. Δεδυκὸς) Nondum video verſum ſanatum, ſi cum Guyeto διαδεδυκὸς legas. REITZ.

v. 121. Ἰσχία, μηροὺς) Non ſatis accurate in variis lectt. notavit Solan. emendationem Guyeti, quae ſic habet: Lege, ἴσχι' ἠδὲ μηρούς· tumque verſus conſtabit. REITZ.

v. 122. Κόρωνα) Forſ. κόχωνα. Heſych. κόχωνα τὰ ἰσχία καὶ τὰ ὅμοια, i. e. τὰ ἄρθρα. GUYET. Sed vide de voce κορωνὰ Poll. L. II, p. 141. GAVEL. Ἡ κορώνη, vel τὸ κόρωνον, eſt oſſis apophyſis ſic dicta, quia roſtro τῆς κορώνης ſeu cornicis ſimilis eſt: praecipue ἡ κορώνη in cubito eſt. Τὸ κόρωνον vero acuta maxillae inferioris productio, Hippocr. de artic. SCHMID. Κόρωνα) Pollux vero aliique κορωνὰ, adſcripſit frater. REITZ.

v. 123. Ἐσθίει) Lege ἔσθει, recte ait GAVEL.

v. 126. Ἔλαθον ὑπάρχων; τοὶ γὰρ ἠκέτω πρευμενὴς) In

hoc verſu, qui revera vitioſus eſt, κατὰ τὸ μέτρον, pro τοὶ γὰρ ἠκέτω Guyetus ἠκέτω τοι reſcribit. Si cui haec tranſpoſitio, & eiectio τοῦ γὰρ, nimia videtur, poteſt vel ἐλαθον ὑπάρχων; τοὶ γὰρ ἥκε πρευμενὴς &c. ut alloquatur Podager Podagram Deam; vel pro πρευμενὴς legere εὐμενής. LENS.

ibid. Ἠκέτω) Quidni ἱκέτω; GAVEL. Recte; & minore negotio, quam cum Guyeto invertendo, & ἥκετο etiam tempore imperfecto ſcribendo. REITZ.

ibid. Πρευμενὴς) Quaſi πραευμενὴς, ex πρᾶος & εὐμενής. Signif. *mitem, clementem.* Exſtat haec vox etiam apud Lycophr. Caſſ. 537 & 1055. SCHMID.

v. 129. Σίγα μὲν) Anapaeſti. Lege itaque, Σίγ' αἴθηρ &c. GUYET. Τὸ σίγα adverbium eſt. Et tamen phraſis uſitata σίγα εἶναι, *tacitum eſſe.* Euripid. Hecub. Σίγα πᾶς ἔστω λεώς. — Ariſtoph. κάθιζε σίγα. SCHMID.

v. 132. Στηριζομένη) In Pell. verſus ſic diſtinguuntur:

Στηριζομένη· χαίροις μακάρων
Πολυπραοτάτη, καὶ σοῖς προπόλοις
Ἵλαος ἔλθοις ὄμματι φαιδρῷ·
Δοίης δὲ πόνοις λύσιν ὠκείαν.

Idem habet Guyet. Melius, quam vulgo; nondum tamen recipere auſus ſum. REITZ.

v. 137. Τίς τὴν) Τίς βροτῶν τῶν ἐπὶ χθονὸς &c. GUYET. Quibus verbis conſtructionem tantum indicare voluit. REITZ.

v. 141. Οὐ ναὸς ὄλβου περικρεμὴς ἀγάλμασιν) Hypallage, pro ὄλβος ναοῦ περικρεμοῦς ἀγάλμασιν, i. e. ἀναθήμασι. Notanda vox περικρεμὴς, qua carent Lexica. Ioſephi locus in Archeol. L. XV, c. 11, huic non abſimilis, τοῦ δὲ ἱεροῦ παντὸς, inquit, ἦν ἐν κύκλῳ πεπηγμένα σκῦλα βαρβαρικά. Haec I. Gavel in Miſcel. Obſ. ſaepe laudatis pag. 425. Sed non ſatis ſimilis mihi locus Ioſephi videtur, qui vulgari modo ita conſtrui poſſet, ἐν κύκλῳ παντὸς ἱεροῦ, & ad verbum ita accipi, *in orbe*, (i. e. ambitu, peripheria) *totius templi arma barbarica erant fixa, ſuſpenſa.* REITZ.

v. 145. Ἐφύη) Ἔφυ coniicit I. Gavel l. d. Fruſtra, ut bene monet clar. Miſcellan. Obſ. editor. REITZ. Antiquitatem ſuam Podagra iactitat. Cui ex parte contradicit Plin. XXVI, 10, *Podagrae morbus*, inquiens, *rarior ſolebat eſſe, non modo patrum avorumque memoria, verum etiam noſtra peregrinus & ipſe. Nam ſi Italiae fuiſſet, antiquitus Latinum nomen inveniſſet.* SCHMID. Verum opponi poſſet, ſic omnes

fere morbos Latinis peregrinos, cum omnium fere nomina sint Graeca. Sed causa est in eo, quod Graeci primi & artem Romam invexerint, & Hippocr. medicinam primus in artis formam redegerit. Licet res vera videatur, quod Romani vett. milites, rustici, laboriosi ac temperantes a podagra fuerint immunes, idque & hodie locum haberet, nisi ubi malum est hereditarium. REITZ.

v. 149. Ἀρνόγλωσσα) Hanc & seqq. herbas, radices &c. etiam a Plinio ac Dioscoride laudari ac describi, additis ad singula testimoniis eorum, notarat Schmidius; sed ea addere spatium non sinit. REITZ.

v. 151. Πράσιον) Nota mediam hic productam; sed vide mox ad ψύλλιον dicta. REITZ.

v. 153. Φακοὺς — ἐκ τελμάτων) Hoc Schmidii tamen omittere non possum. Τὸ τέλμα, ait, locus coenosus, aut palustris. Οἱ φακοὶ ἐκ τελμάτων sunt lentes palustres per se nascentes in superficie aquae non fluentis, refrigeratoriae naturae, propter quod collectionibus illinuntur, & maxime podagris, & per se, & cum polenta. Dioscor. L. II, c. 100, & IV, c. 83. Plin. XXII, c. 25. Haec meliora, quam versio pristina, *Lentes de stercore lectos.* REITZ.

v. 156. Ψύλλιον) I. Gavel ait: ψύλλιον in versu stare non potest, cum primam habeat productam. An igitur altera liquida elisa legendum ψύλιον; (Sed clar. Observationum editor animadvertit: licet hoc admittatur, versui pedes non constabunt; nullum remedium video, nisi si legatur ψύλλια, & media producta sit, ut modo in πράσιον.) At quis dicet, quid sibi indulserit poëta in tot herbarum nominibus in versum cogendis? REITZ.

v. 157. Γυρίνην) Sperma ranarum exponit Er. Schmid; cuius emplastrum refrigerans esse, notum. Et γυρῖνοι sunt informes ranarum foetus. Quod & mihi non improbabile, etsi ι in γυρῖνοι producitur, hic vero corripitur; nisi alia lectio inveniatur. REITZ.

ibid. Κολλάμφακον) Quid sit, plane incertum. Cognatus e κόλλα *gluten*, & φακὸς *lens*, conflatum putat, pultemque glutinosum inde confectum. Mihi non videtur. Nam unde illud μ; cum potius dicendum esset φακοκόλλα, ut χρυσοκόλλα. Quare depravatum credo. SCHMID.

v. 159. Κράμβης ἀπέφθου φύλλα) Quidquid sit de χρυσῷ ἀπέφθῳ, quod aurum ex coctione purgatum volunt, ego non video, quidni significare possit etiam aurum nativum,

quod ſtatim ante coctionem ſui metalli eſt: ſed quidquid ſtatuas de auro ἀπέφθῳ, braſſicam hic non decoctam, ſed *crudam*, intelligere ſuadet Cato R. R. 157, 7. GESN. Sinapius *braſſicae crudae*, quaſi eſſet ἀνέφθου. Verte *decoctae*. SCHMID. Recte, credo: nam & χρυσὸς ἄπεφθος eſt πολλάκις ἑψηθεὶς Polluci III, c. 11; ubi vid. Iungerm. Sed quia ἀπεψία tamen medicis eſt vitium non concoquentis ventriculi, facile haec confunduntur. REITZ.

v. 161. Ἄνθος Ἀσίου λίθου) Ἄσιος λίθος, quod in Aſia inveniatur: alias Ἄσσιος λίθος, quod, ut Plin. ſcribit L. II, cap. 96, & L. XXXVI, c. 17, ad Aſſum Troadis urbem, quae alias Apollonia dicta fuit, ut idem L. V, c. 30, habet, multus fiſſili vena ſcinditur: innutritur in eo quiddam guſtu ſalſum, tenuiſſimae farinae ſimile, qualis in piſtrinorum parietibus viſitur. Illud ἄνθος Ἀσίου vel Ἀσσίου λίθου vocatur. Dioſc. L. V, c. 85. Ex Aſio lapide fit podagris cataplaſma cum fabae lomento. — Ipſe lapis Aſius autem & σαρκοφάγος dicitur, quod demortuorum corpora in eo condita intra XL dies tota abſumantur, dentibus exceptis: veſtes autem, calceamenta, & ſimilia, illata lapidea fieri Plin. XXXVI, 17, ſcribit. SCHMID.

v. 170. Ἱερὰν) Ἡ ἱερὰ generale nomen antiquarum certarum confectionum ſelectiſſimarum, & in arcanis olim habitarum, quas ἱερὰς dixere propter miranda & prope divina effecta, & quia propalandae non erant. Sic ἱερὰ πικρὰ Galeni, ἱερὰ πικρὰ Nicolai, a Nicolao quodam Medico Alexandrino &c. Πίνων autem dicit, quia eiuſmodi electuaria liquoribus convenientibus diſſolvi & potabiles purgandis propinari ſolent. Etſi vero ἱερὰ ſubſtantive ponitur, intelligitur tamen ἡ ἀντίδοτος. Haec Er. Schmid. additque, alios πικρὰν propter verſum, intellecto ἱερὰν, legi malle. Sed non prorſus opus credo, quia ἱερὰν anapaeſtus tolerari poteſt, primam enim habet communem. Sed ἱρὰν contractum longam. Non ſpernerem πικρὰν, ſi quis Cod. accederet, tumque ἱερὰν ex interpretatione natum dicerem. REITZ.

v. 171. Ἄλλος ἐπ') Ἄλλος uſque ad ὁ δὲ nothi. GUYET. Ἰατρικὴν δι' ἐπῳδῆς vett. quibuſdam in uſu fuiſſe, paſſim liquet. Ita de Aeſculapio ſcribit Pindarus Pyth. Γ, quod aegrotos ſanaverit, τοὺς μὲν μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων, τοὺς δὲ προσανέα πίνοντας ἢ γυίοις περιάπτων πάντοθεν φάρμακα, τοὺς δὲ τομαῖς. Sic Odyſſ. Τ, 457, Ulyſſis ab apro

vulnerati ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν ἔσχεθον. Et Athen. L. XIV ſcribit ex Theophraſto de Ἐνθουσιασμῷ, iſchiadicos harmoniae muſicae beneficio doloribus ſuis levari. Videatur Malchus in vita Pythag. & notae Rittershuſii in eundem, & Etymol. in v. ἐπαοιδή. Exſtat inter ſcripta Galeni hac de re opuſculum; quod tamen nothum multis videtur. Et ſunt adhuc hodie, qui eiuſmodi ἰατρικὴν exercent. SCHMID.

ibid. Ἐπ' ἀοιδαῖς) An ἐπαοιδαῖς; i. e. ἐπῳδαῖς. Et pro ἐπιδετῶν, περιάπτων *amuletorum.* GUYET. Prius recte, nimis audacter poſterius: atque ſi ſpurii ſunt, quid opus eſt emendatione? ſed ἐπιθέτων ſaltem ſcribendum erat, ſi ab adiectivo ἐπίδετος formatum eſt. At ſi ſubſtantivum ἐπιθέτης in uſu eſt, recte ἐπιθετῶν & ſcriberetur, & optimus ſenſus prodiret, *alius cantationibus impoſtorum deluditur.* Haec olim adleveram: iam video, I. Gavel p. 425 f. Obſ. Miſc. anni 1739, ex Gloſſis afferre ἐπιθέτης *impoſtor,* & verſum eodem modo exponere. Licet haud neget, ἐπιθέτων exponi poſſe ξένων τινῶν καὶ βαρβάρων ὀνομάτων, quorum praecipuum uſum in incantationibus fuiſſe, exemplis probat. REITZ.

v. 172. Ἰουδαῖος) Erant ergo inter Iudaeos plani, qui Chriſtianorum vera miracula imitari tentabant. SOLAN.

v. 173. Ἔλαβε) Lege ἔλλαβε. Sed verſus ſpurius videtur. An τῆς κρανείας; an a *calva.* Heſych. κράνη, κεφαλή. GUYET. Κρανείας non patitur verſus. Κρανῆς coniicit I. Gavel l. d. p. 426. Exponitque arborem *cornum,* monetque, interpretem de fonte accepiſſe, quaſi eſſet pro κρήνης, quod etſi hic non verum, tamen non eſſe abſurdum, cum & Xiphil. in Claud. p. 164 fontis ad podagram ſalubris in Campania meminerit. Clariſſ. editor P. d'Orville aſſentitur Guyeto, verſus 170, 171, 172, 173, ſpurios eſſe, & abſurdam repetitionem τοῦ λαβὼν & ἔλαβε, ac Ἰουδαῖος tribus ſyllabis enuntiatum minus ſincerum; & cum v. 173 deberet ex ſententiae nexu ſequi, *Hic vero remedium capit ab aliis praeſtigiis vel impoſtoribus,* tentat an talis ſententia inde exire queat legendo: Ὁ δὲ θεράπειαν ἔλαβε παρὰ τῆς Κουράνης, i. e. Hic vero remedium cepit ab Alcorano. *Aptiſſime,* ait, *duae gentes ſuperſtitioſae & fallaces iunguntur. Notum autem, quae magna vis Alcorani Suratis & verſibus & ſingulis ſententiis ab Mahumetanis adſcribatur, qui tamen non ſoli ex ritualibus ſuis libris remedium vel primi quaeſivere; cum id iidem illi Iudaei olim, & Graeci Latinique ex poëtis praeſtare conati fuerint. Alcoranus autem Graecis varie effertur.* Κουράνιον, κόρραν, κουρα-

γὶς, & forte ſex aliis modis; & κράνης & κουράνης ſono non adeo diverſa. Ingenioſe. Idque ſi receperis, ἔλαβε, non ἔλλαβε, revocandum. REITZ.

ibid. Παρὰ τῆς κράνης) Probabilis admodum videtur coniectura Er. Schmid. παρὰ τῆς ὠράνης pro vulgato κράνης, quam proinde interpretando expreſſi. Κουράνη, i. e. Alcoranus, quam ſomniavit aliquis in Miſcell. Obſ. Vol. X, p. 428, aliquot ſeculis iunior eſt Luciano. GESN. Sed dum ſpurii habentur, poſſunt ſatis recentes eſſe. REITZ. Bene feciſti, quod in viam me reduxiſti, Reitzi humaniſſime. Non debebam ſomnium impingere ei, qui hic *Alcoranum* memorari vult; etſi tum neſcierim eſſe virum, quem merito ſuo magni facio. GESN. *in Addend.* Παρὰ τῆς κράνης) A *fontibus*, a *thermis* explicatur vulgo; eas vero adhibitas podagris, docet Matthiol. L. V, c. 14. Horat. I, Ep. 15. Sed eſſet ita κράνης Doricum pro κρήνης· at ſic laborat verſus, quia prior in κράνης perperam corriperetur, cum ᾱ Doricum pro η extra finem longum maneat, licet in fine corripiatur, ut φᾶμα pro φήμη. Sic κρᾶνᾶ pro κρήνη. Adde, quod Doriſmo hic locus nullus, quod nuſquam alibi eo utatur. Reſtitui itaque παρὰ τῆς ὠράνης. Eſt autem ἡ ὠράνη, notante Heſychio, χελιδόνων ὀροφὴ, *tectum* vel *nidus hirundinum*. Nam, ut Ant. Schneberger de medicam. contr. artic. dolores meminit ex Alex. Tralliano, hirundinum ſanguis podagricos dolores mirifice lenit. Et ex Aëtio, urticae ſemen & hirundinis nidus cum ſapa trita & illita ferè idem praeſtant. SCHMID. Sed ordo videtur praeſtigias, non medicamentum requirere, & Doriſmos habemus v. 98, 99, 101, & 194. REITZ.

v. 184. Ἄτην) Hom. Il. T, 91. SOLAN. Idem notarat I. Gavel, addens etiam Noſtrum in Imag. p. 19 ed. Graev. ubi καὶ μὴ κατὰ τὴν Ὁμήρου Ἄτην ἐκείνην, ἔπ' ἀνδρῶν κράατα βεβηκότα. Si cum Guyeto ponas εἶπ' poſt Ὅμηρος, ſcribendum εἰφ' propter ſpiritum δασὺν, qui ſequitur, quod Guyet. non animadvertit. BOIV. In edd. erat — ἣν εἶπεν Ὅμηρος, ἤδ' εἰμ' ἐγὼ, cumque Guyetum ſecutus ſemel invertiſſem illud εἶπ. Ὅμ. etiam ἤδ' omiſi, iamque verſus eſt iambicus purus. REITZ.

v. 185. Βαίνουσ' ἐπ' ἀνδρῶν κρᾶτα) Plane ad imitationem Homeri, Il. T, 91:

Πρέσβα Διὸς δυγάτηρ Ἄτη, ἣ πάντας ἀᾶται,

Οὐλομένη, τῆς μέν θ' ἁπαλοὶ πόδες· οὐ γὰρ ἐπ' οὐδεῖ
Πίλναται, ἀλλ' ἀρα ἧγε κατ' ἀνδρῶν κράατα βαίνει. SCHMID.

ibid. Βάσεις — ἁπαλὰς) Quia ἐπ' οὐδεῖ οὐ πίλναται, non acquirit callum pedum. Exprimit ſimul mores cum ſuos, quod opulentis cohabitat; tum ſuorum myſtarum, qui quam molliſſime incedunt, &, ne inceſſu lapides offendant, maxime cavent. SCHMID.

v. 188. Εἶα) Hic eſt hortandi adverbium. Supra Act. II, Sc. 1, fuit interiectio dolentis. Infra A. IV, Sc. 2, adverbium concedendi, *ſed eſto*. SCHMID.

v. 190. Ἀδαμάντινον) I. e. *mentem invictam*, naturam medicamentis inexpugnabilem. SCHMID.

ibid. Κόρα) Blandiendo ſic iam eam compellat, cum ipſa ſe ſatis annoſam profeſſa fuerit. Perinde eſt, ac ſi quis vetulam blandiens iuvenculam nominat. SCHMID.

v. 193. Ὀλβιόφρον) Non quod opulentos faciat Podagra, ſed quod opulentis cohabitet. Sic Iuven. Sat. XIII *Locuples podagra* nominatur. SCHMID.

v. 197. Ἐπιδεσμοχαρὲς) Ἐπίδεσμος, ligamen, id quo vulnus obligatur. GUYET. Ἐπιδεσμοχαρὲς, gaudens faſciis obligari. Sinap. minus commode: gaudens nodis. Συναδροισμὸς dictionum Dithyrambicarum πολυπλόκων, h. e. multiplicium compoſitionum ſine exemplo antiquiorum audacius factarum, ioci cauſa more ebriorum prolatarum: quod Horat. IV, Od. 2, *per audaces nova Dithyrambos verba devolvere* appellat. SCHMID.

ibid. Καταχλινοβατὲς) *Humiles lectos conſcendens*, quales Podagrici praecipue amant. SCHMID.

v. 200. Δοιδυκοφόβα) Quia tinnitus ex piſtilli in mortario colliſione podagris permoleſtus. Sinapius *oſſitremenda*, minus recte. SCHMID.

ibid. Γονυκλαυσαγρύπνα) Ita omnia, quae vidi, exempla habent, quaſi a κλαίω, *ploro*, κλαύσω. Sed quid ploratui cum genibus? Lege γονυκλασαγρύπνα, a κλάω *frango*, quod genua tantum non frangere videatur, & inſomniam faciat ob dolores. Hinc Sinap. bene reddit, *Genufragapernox*. SCHMID.

v. 201. Περικονδυλοπωροφίλα) An πυρικονδύλοπ. &c. Supra σφυροπρησιπύρα. Πῶρος, humor craſſus in articulis, tophus. GUYET.

v. 204. Ἄκουε, ἔπος γὰρ) Mallem, Ἄκου', ἔπος γὰρ, bene monet I. Gavel. REITZ.

v. 209. Εἶδον ἥσυχον) Edd. priores inverſe ἥσυχον εἶδον, contra omnem metri rationem; quod cum levi hac tranſpoſitione bene mutarit idem I. Gavel, lubens admiſi. REITZ.

v. 211. Τώδε) An Syri medici? de quibus infra. GUYET.

v. 213. Ὡς οὐκ ἔστι σὸν κράτος σεβάσμιον) Guyetus recte vidit, οὐκέτ' pro οὐκ legendum eſſe. Editio Florentina habet, ὡς οὐκ ἔτι σὸν &c. Integrum ergo erit, Ὡς οὐκ ἔτ' ἐστι σὸν κράτος σεβάσμιον. IENS.

v. 215. Διόπερ) Εἰρωνικῶς. GUYET.

ibid. Κραταιῶς) Κραταιῷ coniicit I. Gavel. ut iungatur cum δεσμῷ, me non improbante: nam etſi vulgatum non abſurdum, facile tamen ob ſequens σ error naſci potuit. Sed quia non tanta mutandi neceſſitas, quanta verſu 209, nihil in contextu mutavi. REITZ.

v. 216. Πεμπταῖος) *Quintanus;* (quo vocab. Plin. utitur: ſicut πεμπταῖος πυρετὸς, febris quintana, quae quinto die recurrit.) Sic h. l. *quintanus venio*, eſt: quinto die poſt egreſſum redeo. SCHMID.

v. 222. Κορδυβαλλῶδες) Ἡ κορδύλη clava eſt vel fuſtis. Hinc κορδυβαλλῶδες πέδον pro κορδυλοβαλλῶδες, ſolum clavis coactum, pavimentum, a paviendo, i. e. percutiendo. SCHMID.

v. 223. Σκληροῖσι) Sic interpunge. Σκληροῖσι, ταρσοῖς ἀντερεῖδον, κρούμασιν. Ordo πέδον ἀντερεῖδον τοῖς ταρσοῖς, σκληροῖσι κρούμασι. GUYET. Σκληροῖσι non ad ταρσοῖς pertinet, ſed ad κρούμασιν. Suntque σκληροῖσι κρούμασι caſus ſexti, *quo:* ταρσοῖς autem dativus, *cui.* Sic Matth. V, 39, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ, caſus ſextus eſt, non dativus. SCHMID.

v. 224. Ἴχνεσιν) Ἴχνεσ' coniicit I. Gavel. Quod tamen minus neceſſarium credo. Sed quod v. 226 ὀξέσιν reſtituit, bene habet; idque ex Pell. iam receperam. Sed quod & λίθων eod. verſu legendum monet, pro λίθον, id pleraeque edd. iam recte habebant. REITZ.

v. 230. Δι' ἧς) Subaudi ὁδοῦ. GUYET.

v. 231. Ἐκλυομένῳ) Ad emendationem doct. Gavellii, clar. d'Orville notat: *ἐκλυομένῳ aperte in metri legem peccat.* Ἐκλελυμένος abit ab Homerica proſodia: ſed aſſertur ex Athenaei L. IX, c. 5, Τὸ δεῖπνον, ὁρμῆς μεστὸς, ἐκλελυμένος. Adſcripſit & Er. Schmid. Ἐκλυομένῳ ſuſpectum, cum nec metro ſatis reſpondeat, nec praeſens hic videatur requiri. Quid ſi legeretur ἐκλελυμένῳ; Quare non vererer hoc admittere. REITZ.

v. 234. Τὰ μὲν γὰρ ἔνθεν, τάδ' ἐκεῖθεν ὀχήματα) Guyetus ἐνθενδε. Ego, omisso in τάδ' apostropho, lego, Τὰ μὲν γὰρ ἔνθεν τάδε ἐκεῖθεν ὀχήματα &c. IENS.

ibid. Ἔνθεν) Si ἔνθενδε cum Guyeto recipias, bene habebit metrum, nec opus fuerit emendatione Iensiana, cui tamen locum dedimus, quia minima mutatione a vulgato abit. I. Gavel in Miscell. Obs. an. 1739, p. 429, sic tentat — ἔνθεν, κ' αὖ τὰ δ' ἐκεῖθεν ὀχήματα, vel ἔνθεν, τὰ δὲ μ' ἐκεῖθεν ὀχ. REITZ.

v. 237. Εἰσόδου πέζαν) Ad viam adiecta angusta semita; forte aliquantum elatior, in quam conferre se potest, qui plaustra in ipsa via vult evitare. Hanc πέζαν dictam puto, ut Germanis *Fussſteig*. Εἴσοδον hic non intelligebam, sed πέζαν ὁδοῦ. Itaque verti, ac si legeretur εἰς ὁδοῦ πέζαν στενήν. GESN.

ibid. Πέζαν) Habebant omnia, quae vidi, exempla, πέραν. Verum cum nullum nomen Graecis sit ἡ πέρα, substitui πέζαν. Est autem ἡ πέζα, *pes, planta pedis;* item *fimbria vestis;* item *extremitas, margo, limen*, ut hoc loco: ascendebam angustum limen introitus. SCHMID. Qualia exemplaria habuerit nescio; nostrae edd. πέζαν exhibent. REITZ.

ibid. Δόγμιος ἔβαινον εἰσόδου) Εἰς ὁδὸν πέζαν στενὴν forte. Πέζαν, i. e. qua pedibus tantum iri potest. GUYET. Guyetus legit εἰς ὁδόν. Atqui sensus sine correctione apertus est. Interim inquit, dum transirent currus, gressus oblique flexi, per angustum solum aditus cuiusdam. Nam πέζα est nomen substantivum, quo praeter cetera significatur solum, plaga, regio. Nec vero verbum βαίνειν exigit post se praepositionem: quippe eleganter dicitur βαίνειν ὁδὸν &c. BOIVIN.

v. 242. Ἀντισηκώσω) Ἀντισηκῶσαι est *ad aequilibrium rependere, paria facere.* Τὸ σήκωμα aequilibrium, vel potius id, quod librae apponitur ad aequilibrium faciendum. Vitruv. IX, 3, more Dorienſium *Sacoma* nominat. Etsi autem & verbale τὸ σήκωμα in usu est, ut & composita, ἀνασηκόω, addo ponderi, quod deest; διασηκόω, pondus manu aestimo; & hoc ἀντισηκόω *rependo:* simplex tamen σηκόω nondum a quoquam, quod sciam, inventum fuit. SCHMID.

v. 244. Ἑξῆς τριετίας) Sic τριῶν ἡμερῶν ἑξῆς. GUYET.

v. 251. Πρίαμος ποδάρκης) Hunc Podagra podagricum fuisse contendit, alludens ad nomen ποδάρκης pedibus celer, (unde ποδαρκεῖν apud Pind. Pyth. στ.) quasi per antiphra-

ſin ſic dictus fuiſſet. Eſt autem duplex huius verſus explicatio: una, Πρίαμος ποδάρκης, ut ſit appoſitio, κλητίζετο ποδαγρὸς ὤν, h. e. Priamus alias Podarces dictus celebratur, quod fuerit podagricus. Ut ita τὸ ποδαγρὸς ὤν ſequatur verbum κλητίζετο· ποδάρκης autem idem praecedat. Altera, Πρίαμος ποδαγρὸς ὤν, κλητίζετο ποδάρκης, h. e. Priamus, cum podagricus eſſet, vocatur Podarces, ſc. κατ' ἀντίφρασιν, ut dictum. Ut ita τὸ ποδαγρὸς ὤν praecedat verbum κλη— idque ſequatur nomen ποδάρκης. Quae utraque expoſitio ſatis commoda; cum κλητίζειν non tantum ſit *celebrare*, ſed & *appellare*. Etſi autem contra priorem excipi poſſit, Priami nomen demum inditum fuiſſe, quando a ſorore Heſione ἐπρίατο· ποδάρκης autem a prima pueritia dictus fuerit, antequam adeo ullum podagrae ſignum in eo apparuerit; & ita podarcae nomen fuerit prius nomine Priami, non contra: nil tamen obſtat; Podagra enim ſuae cauſae inſerviens potius ad nomen ποδάρκης alludit, quam hiſtoriae veritatem reſpicit. Vix enim dabitur ullus ſcriptor, qui Priamum podagricum affirmet. SCHMID.

ibid. Ἐκλητίζετο) Vel κλητίζετο, abiecto augmento, vel, quod praetulerim, ἐκλήζετο ſcribendum, aut certe per ſynecphoneſin efferendum. Idem ſtatue de κλητίζεται in Ocyp. v. 134. GAVEL.

v. 252. Ἀχιλλεὺς) Alludit ad fabulam. Achilles Stygis aqua merſus inviolabilis undique, niſi qua parte pede prehenſum tenuerat mater Thetis. Hic adacta ſagitta interfectus a Paride: ſic *pede captus*. GESN.

ibid. Ἀχιλλεὺς ποδαγρὸς) An quod vulneratus ſit in talo? GUYET. Sine dubio illuc reſpicit. REITZ.

v. 253. Βελλεροφόντης ποδαγρὸς) An quia a Pegaſo excuſſus, crus fortaſſe fregit? BOIVIN. Ex hoc caſu claudum factum & caecum, vitamque melancholicam miſerrime finiiſſe, addit Schmid. videndumque Hom. Iliad. Z, & Pind. Iſth. Z. REITZ.

v. 255. Πελοπιδῶν) Sex Pelopis filii celebrantur a Pind. Ol. A. Sed nomina eorum alii aliter produnt, ut ibi indicat Scholiaſt. SCHMID.

ibid. Πλεισθένης) Qui ex Aërope Agamemnonem & Menelaum ſecundum quoſdam ſuſcepit. Vid. Apollod. III, p. 68. Prave autem antea ſcriptum erat Πλησθένης. Inter Pelopidas tamen ab Apollodoro non recenſetur. SOLAN.

v. 256. Ποίαντος υἱὸς) Φιλοκτήτης. GUYET.

v. 257. Ἄλλος) Tres hi verſus ſuſpecti. GUYET. Non ſunt Schmidio, qui ait: Fuit hic Podarces alter XL navium ad Troiam dux, de quo, ut & Proteſilao, Hom. Il. B, 695 ſeqq. REITZ.

v. 260. Ἰθάκης ἄνακτα Λαερτιάδην Ὀδυσσέα) *Metrum non conſtare, niſi legamus* Λάρτιον τὸν Ὀδυσσέα, *aut aliquid ſimile*, ait Boivin. Sed priores duae in Λαερτιάδην per *συνιζησιν* ſunt una ſyllaba. IENS.

ibid. Λαερτιάδην Ὀδυσσέα) Contradicit igitur recentioribus poëtis de morte Ulyſſis, & confirmat, quae Tireſias illi praedicit Odyſſ. Λ, 135, Γήρᾳ ὑπαὶ λιπαρῷ moriturum. De ſpina turturis marini, ſ. paſtinacae piſcis, qua interfecerit Telegonus patrem Ulyſſem v. Graeci interpretes ad l. c. & laudati Barneſio. GESN. Λαερτιάδην) Metrum non conſtat, niſi legamus Λάρτιον τὸν Ὀδυσσέα, aut aliquid ſimile. Λάρτιος dicitur aliquando pro Λαέρτιος. Sophocl. in Aiace μαστιγοφ. Ἀεὶ μέν, ὦ παῖ Λαρτίου, δέδορκά σε. BOIVIN. Λαρτίδην) Ita potius lego, quam Λαερτίδην, ad exemplum Sophocl. in Ai. Ὦ παῖ Λαρτίου. SCHMID. Parum abeſt, quin hoc in textum recipiam. REITZ.

v. 261. Ἄκανθα τρυγόνος) Τρυγὼν *turtur marinus* ob ſimilitudinem alarum expanſarum, quem Plin. IX, 48, paſtinacam vocari ait, ob colorem & figuram caudae: eſtque, ut idem IX, c. 24, 20 & 48, habet, piſcis planus & latus, pinnas non habens, ſed latitudine ſua natans, pro ſpina habens cartilaginem, & ſuper caudam eminentem radium acutum utrinque ſerratum quincuncialem, (i. e. quinque uncias de magnitudine pedis humani habentem) quo nihil eſt inter venena marina uſquam exſecrabilius. Arbores enim, infixus, radicitus necat, armaque ut telum perforat vi ferri & veneni malum. Videatur & Rondeletius de piſcibus XII, 1 & 2. Tali radio τρυγόνος Ulyſſem interfectum ſcribunt hiſtorici. Podagra negat, & a ſe vi podagrica interemtum affirmat. SCHMID.

ibid. Τρυγόνος) Piſcis. GUYET.

v. 262. Ὡς οὔτι χαιρήσαντες) *Formulam loquendi paucis verbis egregie expoſuit vir doctiſſ. T. S. H. S.* (i. e. Tiberius Hemſterhuſius) *ad Xenoph. Epheſ. Obſ. Miſc. Vol. VI, T. I, p. 343. Noſter v. 313,* Οὐκ ἐρίσας ἐχάρη· aliaque hic non repetenda habet in iiſdem Miſc. Vol. X, I, pag. 430, I. Gavel. REITZ.

v. 264. IAT.) I. e. ἰατροί. GUYET.

ibid. Σύροι μέν ἐσμεν) Fingit ex Syria oriundos duos illos medicos Damaſcenos: praecipue ut Iudaeos perſtringat, quorum multi medicinam temere profiteri iam auctoris tempore fuere ſoliti. SCHMID.

v. 268. Ἐν ᾧ) I. e. δι' οὗ. Nota phraſin. GUYET. Ἐν ᾧ, pro δι' οὗ. Phraſis Hebraica. Dicunt enim Hebraei *in*, pro *per. Conteres eos* in *virga* ferrea, Pſalm. 2. BOIVIN. Non tamen eſt phraſis Atticis inſolita, de qua I. Gavel l. d. ait: Ἐν ᾧ. Iſt eſt, δι' οὗ. Sic in Aſin. p. m. 122, (c. 44) ψεύδεται, ὡς τεθνηκὼς ἐν ταῖς πληγαῖς. Anthol. I, c. 37, Epig. 14, Κάτθανεν — οὐδ' ἐν βέλει, ἀλλ' ἐνὶ σύκῳ. Poëta de viribus herbar. v. 66, Ἐκ κεφαλῆς πόνος ἐν ταύτῃ παραχρῆμα μειοῦται. Ubi forte legendum καὶ κεφαλῆς, ut v. 87. Niſi dictum ſit ut in Ocyp. v. 95, δεινὸν ἐκ ποδῶν παύσης πόνον. Haec ille. Sed ut ἐν hic bonum, ita ἐκ in altero minime tentandum, quod Medicis proprium. De ἐν vid. ſi opus eſt, ſupra ad v. 110, ἐθρέψατο ἐνὶ μαζοῖς. Adde Diod. Sic. XIII, c. 37, ἐν δ' εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ πρῶτος Ἀθηναίων. Niſi tamen ibi malis ἦν δ' εὐγ— legere, ut ſit anaphora, cum paulo ante praeceſſerit, ἦν γὰρ καὶ λόγῳ δυνατώτατος. REITZ.

v. 275. Δρᾶσις) Notanda vox, quam ut dubia auctoritate nixam citat H. Steph. GAVEL.

v. 282. Πελάζετε) Πελάζω eſt *facio appropinquare*: ergo πελάζετε h. l. facite appropinquare, ſc. vos ipſos. SCHMID.

v. 285. Πικρῶν ἰχώρων βάθος) Per πικροὺς ἰχώρας intelligit eos, qui ſunt τῆς ὀξείας χολῆς, ideoque πικρὴν de natura bilis flavae vel acutae, & quem ſupra vocavit πικρὸν χυμὸν χολῆς. Τὸ βάθος h. l. *copia*. Copioſi enim acervi profunditas magna eſſe ſolet. SCHMID. Nos πικρὸν ob verſum recepimus. REITZ.

v. 287. ΠΟΝ.) Aut ita ſcribendum, ut diſtinguatur a Podagra, cui iam illud ΠΟ. aſſignatum eſt, aut Βάσανοι reponendum, quo nomine eos compellat Podagra. Hoc autem ſola fecit *B.* 2. In reliquis enim eſt ΠΟ. SOLAN. Βάσανοι adſcripſerat Guyet. deleto ΠΟ. Sic legi volens, quod ſupra praemiſſum erat: Δεῦτε — Βάσανοι. Sed cum Πόνοι idem ſit, & minus abeat ab ſcriptura edd. hoc praetuli. REITZ.

v. 293. Λιποῦσα γαῖαν) Per γαῖαν intelligit converſationem cum hominibus in terra. SCHMID.

v. 302. Μή τις ἐχίδνης) Sic Horat. in Epod. de allio, *Num viperinus hic cruor?* inde etiam deſumſiſſe videtur Lu-

cianus, quod de Centauri veſte ait. Nam ibidem ſcripſit Horatius: *Nec munus humeris efficacis Herculis Inarſit aeſtuoſius.* BOIVIN.

ibid. Τῆς ἐχίδνης) Τῆς pro τις reciperem, monente in ſchedis Guyeto, quia ſic verſus erit reſtitutus; primam autem in ἴος recte longam fieri, vid. apud Hom. Il. Λ, 377. Sed cum & aliter poſſit emendari verſus, legendo, Μή τις μ' ἐχίδνης, vel Ἦ μήτις, ut v. 78, Ἦ μή τις ὕμνος &c. cum Gavel. ideo nihil potius mutavi. Addit idem, reſpexiſſe Noſtrum ad loc. Sophocl. in Trach. Ἐχθρᾶς ἐχίδνης ἰὸς ὡς ἐδαίνυτο. REITZ.

v. 303. Κενταύρου) Τοῦ Νέσσου. GUYET.

v. 304. Ἐλέειρ', ἄνασσα) Iam ad miſericordiam & gratiam confugiunt ſupplices Podagrae, quam iam reginam ſuam gratioſiſſimam agnoſcunt, i. e. medicamentis inſuperabilem fatentur, ideoque ei ſe ſubiiciunt, & ad ſolam eius miſericordiam confugiunt. SCHMID.

v. 310. Ἄτεγκτος) Τέγγειν *irrigare* eſt: hinc ἄτεγκτος, non illinendus medicamentis. Sinapius reddit illacrimabilem, quae lacrimis non tingatur, ſ. ad miſericordiam non flectatur. Minus bene, cum modo poenitentiam medicorum miſertam viderimus. SCHMID.

v. 311. Οὔτε Διὸς) Hexametra μείουρα. GUYET. Bene monet, ne quis tentet poſteriorem pedem emendare. REITZ.

ibid. Βρονταῖς Σαλμωνέος) De hoc Iovis fulminum imitatore vid. Strab. VIII, Euſtath. ad Od. Λ, Serv. ad Virg. VI Aen. REITZ.

v. 312. Ψολόεντι — βέλει) I. e. fulminis fuliginoſi genere; vid. Ariſtot. L. III Meteor. 1; quod non incendit, ſed atra tantum fuligine inficit. Sed Homerus has fulminum diſtinctiones confundit (Odyſſ. Γ, 405, non invenio) Η, 249, Ψ, 330. SCHMID.

v. 313. Σάτυρος Μαρσύας) Spondaicus μείουρος. GUYET.

v. 314. Λιγὺ ψαίρει) Stridule agitatur. Ψαίρειν enim inter alia etiam agitari ſignif. Eſt autem hypallage: pinus agitatur circa cutem, pro cutis Marſyae ſuſpenſa ad pinum agitatur circa eam, nempe in exemplum. SCHMID.

ibid. Πύθιος) Τὸ πυ in Πύθιος hic corripitur. GUYET. Πίτυς) Pariſina, licet πίτυς, *pinus*, cum vett. in textu ſervarit, cuius arboris in fabula Marſyae fit mentio, tamen *Pythius* Latine dedit; & inde *Salm.* id hauſiſſe, Graecumque immutaſſe, ſit veroſimile; ſed πίτυϊ cum Ienſio in epiſt.

lect. Luc. p. 391 inserta, omnino legendum, ubi & ψαίειν *radere* tentat, etsi ψαίρειν non improbat; quem vide. REITZ.

v. 317. Μαιονίᾳ δ' Ἀράχνη) Quia prima in Ἀράχνη brevis est, non recepi lectionem Scholiastae. Posset itaque vulgato succurri, apostrophum in δ' tollendo, & δὲ rescribendo; tumque, si postremum α in Μαιονίᾳ pro longo acceperis, quia ortum ex antiquo η, (quippe Μαιονίη Ionice & antiqua Attica dialecto scribitur) sanatus erit versus. Addit Schmid. utraque scriptio ἡ Μαιονίᾳ & ἡ Μηονίᾳ in usu est, teste Strab. L. XII & XIII, ac licet in Μηονίᾳ sub τῷ η inveniatur iota subscriptum, quiescens tamen illud iota est, ideoque Latinis etiam per e simplex exprimitur, parumque refert, scribasne *Meonia*, an *Maeonia*. REITZ.

v. 319. Ὀργαῖς) Ἡ ὀργὴ non tantum ira est, sed & τρόπος, mos, item propositum, impetus, ut h. l. SCHMID.

v. 320. Πυθίου) Spondaeus μείουρος, τὸ πυ in Πύθιος hic producitur. GUYET.

v. 322. Βραχυβλαβὲς, ἀνώδυνον) Lego βραχυβλαβὲς ἠδ' ἀνόδυνον. Ἡ ὀδύνη dolor, inde ὁ ἡ ἀνόδυνος & ἀνώδυνος, ab ὀδύνης *immunis*. Scriptio utraque in usu: quam & vetus Lexicographon probat, & locus praesens metri vi hanc per ο postulat; tametsi Stephanus eam reiiciat. SCHMID. Si ἀνόδυνον secunda brevi scribere licet, quod quidem cum Schmidio credo, non male Guyeti coniectura haberet; nunc vero pessime. Sed forsan est oblivio describentium, & ipse ἀνόδυνον quoque dedit. At quid opus est spondaeum quinta sede eiicere, quemque ipse agnovit v. 113, quique Homero aliisque frequentatur? α privativum autem plurimum esse longum in ἀθάνατος ac similibus, notissimum. REITZ.

v. 324. Πολλαὶ) Imitatio finis Tragoediarum Euripidis multarum; vid. Med. SOLAN.

ibid. Πολλαὶ μορφαὶ) Ἀνάπαιστοι. GUYET. Sumtum ex Euripidis Androm. (ait Gavel in Misc. saepe laudatis, pag. 431) ubi sic ille:

Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων,
Πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί.
Καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,
Τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρεν θεός.
Τοῖον δ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.

Vid. etiam Alcest. & Bacch. in fin. Hinc seqq. versus, ejecta voce συνναύκληροι, hoc pacto restitui possent:

Τοὺς ποδαγροῦντας παραμυθείσθω
Ὅθεν εὐθύμως λήσεσθε πόνων.

Vel ſi hoc nimis audax, aliter dirimendo ſeptem poſtremos verſus tentatos; vid. ibid. REITZ.

v. 327. Συνναύκληροι) Eiuſdem navis ſocii. Metaph. I. e. eidem morbo obnoxii. SCHMID.

v. 329. Εὗρεν) Lego εὗρε propter metrum. Εὗρε, *invenit*, i. e. invenire ſolet. SCHMID.

IN OCYPUM.

Pag. 23. *l.* 1. ΩΚΥΠΟΥΣ) Frigidum poëma, & Luciano indignum. GUYET. Lucianum non agnoſco. Inficetum & abſurdum totum quantum eſt. SOLAN. Non puto eſſe Luciani, ſed ab aliquo imitatore Tragopodagrae ſcriptum libellum. Certe argumentum non magis videtur hic praemiſſurus fuiſſe Lucianus, quam in Tragopodagra. GESN.

Pag. 24. *v.* 1. Δεινὴ) Vid. Eurip. Hipp. 1 & ſeqq. SOLAN.

v. 6. Καὶ μὴ λεγ. ἀτρεκῆ) Podagricos initio morbi nolle fateri morbum, ſed vel talum diſtorſiſſe, vel aliud quid praetexere, donec ambo pedes affecti confeſſionem extorqueant, belle etiam teſtatur Seneca, Epiſt. 53, p. m. 473. Ubi pro (*morbo*) *qui utroſque pedes* DEXTROS *fecit*, Vavaſſor Obſ. pag. 36 legit PEDES AEGROS. Poſſis & *deteriores*, quod propius ad literas accedit: ſed forſan nihil mutandum; nam cum illico addatur, *neceſſe eſt morbum fateri*, pedes dextri poterunt intelligi *ſinceri*, non amplius mendaces. REITZ.

v. 9. Προκόψας) Προσκόψας legendum omnino, ſi ratio ſenſus habeatur. GUYET. Guyetus ſenſui medetur, non metro, cum legit προσκόψας. Quid ſi legamus, ἴθ' ἄγε προσκόψας βάσιν; BOIVIN. Quis cum Guyeto προσκόψας legerit? Id enim eſſet verſum corrumpere, non corrigere: nam προκόψας iambum quarta ſede, ut debet, efficit, & licet *alliſum pedem* Micyllus verterit, unde forſan προσκόψας in mentem venit Guyeto, nihilo tamen ad ſenſum deterius eſt προκόψας, *promoveris gradum*, modo non ἐνσεσεικὼς, ἢ cum edd. legas, ſed ἐνσεσεικὼς ἢ iunctim, & periphraſi uſitata; cuius poſterioris emendationis me admonuit doctiſſ. amitinus F. L. Abreſch. eamque ita plane neceſſariam duxi, ut reciperem. REITZ.

v. 14. Θρίαμβος ἐμβεβάστακται) I. e. quasi in triumpho gestatur, deridetur. GUYET.

v. 15. Τῶν καὶ τῶν) Malorum, quae facio. GUYET.

v. 17. Φρενῶν καθάπτεται) *Haec molestia me tantopere urit, ut prae ira mentis vix compos sim.* Vid. Foes. in Oecon. Hippocr. v. Ἅπτεσθαι. Conf. hic v. 23 & 26. GAVEL.

v. 24. Δόλων) Guyet. legit δόλον. Vulgata lectio magis placet. Notum omnibus, Dolonem fuisse πόδας ὠκύτατον. BOIVIN. Recte Guyet. δόλον, ceu δόλον φρονεῖν γενναῖος, quippe qui egregie erat εἰς προφάσεις ἐξησκημένος, uti ex seqq. apparet. Neque enim nota persona hic in scenam producitur, sed omnino ficta, unde merito Ὠκύπους nominis proprii vicem sustinet. GAVEL.

v. 25. Μέ τι) Hoc τι Guyeto forsan suspectum visum, quod μηδὲν praemissum id non admitteret. Frustra. Diod. Sic. XI, c. 45, ἄλλο μὲν μηδὲν — τι. Herodian. II, 5, 7, οὐδέν τι κατεπτηχότος. Sic εἴς τις frequens Nostro aliisque. Vid. supr. Alex. c. 36 &c. & F. L. Abresch. animadv. ad Aeschyl. p. 190. REITZ.

v. 33. Ἰχνευμένον) Ἰκνεύμενον legend. forsan. i. e. νοσοῦντα. Hesych. ἰκνεῖται, ἔρχεται, νοσεῖ, καθάπτεται &c. ἰκνεύμενον pro ἰκνούμενον Aeolice, i. e. a morbo petitum, tentatum. GUYET. Optime hunc versum restituit Guyetus, sed pro ἰκνεύμενον mallem ἰκνούμενον, si quidem Dorismo hic locus nullus est. GAVEL. Bene, sed cur etiam cum Guyeto accentu mutato ter scribat ἰχνεύμενον, &c. cum edd. ἰχνευμένον, causam non addit. Sed praestat Er. Schmidii observationem audisse: Hic locus, ait, in plerisque libris depravatus est, Κλεψίχολον πόδα τιθεὶς ἰχνευμένον, redditurque, *& bilioſum aegre movens captum pedem;* quasi esset a χολὴ *bilis*, cum sit ex χωλὸς *claudus*. Tum pro ἰχν— leg. ἰζευμένον, *claudicationes celantem*, praecipue sub primos insultus podagrae; cum tamen trahant pedem ἰζευμένον, visco captum. Ὁ ἶξος *viscum*, inde ἰζεύω *visco capio*, aves proprie: postea quocunque modo aucupor. Hinc ποῦς ἰζευμένος est pes visco captus, h. e. metaphorice, tarde & lente progrediens. Quis hoc non probaret? Cum in ipso podagrae etymo idem insit, a πούς & ἄγρα *captura* formato, quod pedes ut laqueo captet. REITZ.

v. 37. Τείνω) Praeter τείνω nihil cum Guyeto mutaverim, punctum ponendum post βιάζεται. GAVEL. Illud punctum iam addidi. REITZ.

v. 38. Λέγειν) Στένειν leg. videtur, ſubaudito ὁ πόνος. GUYET. Μένειν vult cl. Bel. de Ball.

v. 39. Τὸ τῶν πονούντων ἔσχατον) Dolores extremi, i. e. acerrimi cum tempore veniunt, ſ. proceſſu temporis dolores intenduntur. GUYET.

ibid. Στοιχεῖ χρόνῳ) Non intelligi a me iſtum verſiculum, fateor. Interpretatus ſum, ac ſi legeretur βραχεῖ χρόνῳ, quod quidem ſententiae convenire, apparet. Alia quaeſtio eſt, an ita auctor dederit. GESN.

v. 45. Γογγύζων) Participium γογγύζων metrum aperte vitiat. Num ὀγκυλος γέρων, i. e. σεμνὸς, γαῦρος, teſte Heſych. Senex dicitur v. 120, Καυχόμενος τὰ πάντα, μηδὲ ἓν σθένων. An potius τὸ γογγύζων gloſſema habendum τοῦ ὀγκολογῶν, quod hic olim lectum fuerit? Sane Heſychius, ὀγκολογῆσαι exponit γογγῦσαι. GAVEL. Sed editor obſerv. Miſc. anni 1739, p. 433, adiicit, forte ἀδύνατα γογγύζων γέρων· quo quidem verſui minore negotio conſulitur, ſenſus tamen mihi melior videtur in ἀδύνατος. REITZ.

v. 46. Μή τι) Μὴ σὺ forſan. GUYET.

v. 48. Ἐν ταῖς) Euripideum eſſe opinor. SOLAN.

ibid. Ἐν ταῖς ἀνάγκαις) Videtur interpres non intellexiſſe hunc verſum. Senſus eſt: *morbo ſubactus iuvenis, inſtar eſt ſenis.* Per ἀνάγκας hic intellige τὰς τῶν νόσων ἀνάγκας. Ἀμφιβολίαν autem ſic reſolve: πᾶς νέος γέρων ἐστὶ, omnis iuvenis inſtar ſenis eſt. Eſt tamen & alius ſenſus: nempe, cogente neceſſitate, ſenes fungi iuvenum vice. BOIVIN.

ibid. Ἐστὶ νεὸς) Lege ἐστὶν, recte ait I. Gavel. Sed id ex *Fl.* iam receperam. REITZ.

v. 49. Τὸ πέρας ἂν) Legend. videtur, τὰς χέρας ἂν ὑποσπάσω. Quid ſi, τὼ χέρ' ἂν ὑποσπάσω, vel τὴν χέρα &c. GUYET. Τὸ πέρας ferri non poteſt. Addi poſſet Guyeti coniecturis, γῆρας ἂν ὑποσπάσω, ſi ſenectutem meam, id eſt, ſenectutis meae opem tibi ſubtraxero; vel τὸν γέροντ' ἂν &c. BOIVIN. Omnino cum Guyet. legendum exiſtimo τὰς χέρας, ex verſu 170, Δέξασθε χεῖρας τὰς ἐμὰς &c. GAVEL.

v. 52. Παρεπεται) Παρέσπεται mallet I. Gavel, vel προθυμία γὰρ γέρους' ἀεὶ παρέσπεται, niſi nimis a vulgato abiret. Sed recte earum obſervatt. editor animadvertit: Παρέπεται *deterius non videtur* τῷ παρέσπεται, *nec tribrachys deterior anapaeſto. Secunda emendatio vim verſui videtur illatura, niſi ultimam in* προθυμία *corripi poſſe oſtenderetur.* Certe α in προθυμία longum eſt, aeque ac in φιλία ſimilibuſque,

quia id *α* ortum ex *η* antiquitus enim erat *προθυμίη*, *φιλίη*. REITZ.

v. 57. Ἔστειλα) Ἔσφηλα legendum videtur, pro ἐσφάλην autem usurpatum. Τὸ ἔστειλα hic locum non habet. GUYET. Versus duplici mendo laborat. Prima enim in ἔστειλα contra metrum corripitur, secunda vero in *συνεμίχθεν* producitur. Ita dediſſe credo doctiſſimum l. Gavel, licet inverſo ordine excuſa in Obſervatt. ſint verba. Additque: Guyetus corrigit ἔσφηλα, quod ſenſum quidem expeditiorem facit, ſed eodem tamen vitio laborat. Coniiciebam ἐνέσειϑα, ex v. 9, vel, ſi liceret, *σέσεικα*, ſimplici pro compoſito. Pro *συνεμίχθην* legendum videtur *συνεμμίχθην*, ſine augmento. Ad quae clar. editor rurſus bene monet: *Commode pro συμμίγνυσϑαι videtur ſubiici decompoſitum συνεμμίγνυσϑαι. Sed cur ſine augm. legeretur, neſcio.* Συνενεμίχθην *pari quartaque ſede tribrachyn legitime efficiet, & ſolemne eſt librariis Latinis Graeciſque ſecundam praepoſitionem negligere. Conſulantur addenda ad Liban. Epiſt. DCCCXXVII, p. 864.* Sed pro ἔστειλα tentat vir cl. ἔτεινα, quod & mihi in mentem venerat. Exempliſque id illuſtratum vid. in Obſ. p. 434. At Abreſch. in animadv. ad Aeſchyl. p. 242, emendat ἔτειλα. Ac *τέλλειν* valere *ἀνύεσϑαι*, *τελειοῦν*, auctoritatibus probat; quare hoc forſan praeſtat. REITZ.

v. 58. Πάλιν τρέχ') Proverbiale videtur, quaſi remedium ſit in ſimili malo iterum currere. Vid. Eraſm. prov. *denuo currere.* GUYET. Interpretatus ſum hanc lectionem, *πάλιν τρέχ', ὥς τις εἶπεν, ὃς καθήμενος πώγωνα τίλλει, κουρεῶν ὑπ' ὠλένης.* Monet alumnum ſuum de praecepto in tonſtrina illi dato, qui pedem inter currendum luxaverat; auctoremque ridicule ſignat. Hoc autem indicat, ſe tergiverſationem illius ſentire. GESN.

v. 59. Πώγωνα) De hoc verſu Muretum legere operae pretium eſt Var. Lect. XII, 17, qui in editione Proverbiorum Florentiae facta comparere eum ait. SOLAN.

v. 60. Παρεμβολὴν) *Le croq en jambe*, i. e. pedis interiectus. GUYET.

v. 62. Ἵνα) Ἤν legendum. Ordo: Ποῖος *στρατιώτης γέγονας, ἣν σὺ πληγῆς βάλλων παρεμβολήν.* GUYET.

v. 74. Ἀσπάζομαι) Non diſputo, quid fuerit in autographo, ſed ſic reddidi, quaſi fuiſſet, Ἀσπάζομαί *σε πρὸς ϑεῶν. Καὶ σὸν πάϑος τί τοῦτο*; *λέξον, Ὠκύπου, τάχ' ὡς μά-*

ϑω. Εἰ γὰρ τύχοιμι μαθὼν κ. τ. λ. GESN. Quid ſi binos hos verſus hoc pacto legamus & diſtinguamus?

Ἀσπάζομαί σε, πρὸς ϑεῶν καὶ σὸν πάθος
Ποῖόν τι τοῦτο; λέξον, Ὠκύπου, τάχα.

Vel τί ἐστι τοῦτο, &, λέξον Ὠκύπου σαφὰ, ut id reſpondeat ſequentibus, εἰ γὰρ μάθοιμι, & μαθὼν γὰρ ἀλήϑειαν. GAVEL.

v. 76. Τυχὸν, ἴσως) Male diſtinctio commatica ponitur inter duo adverbia τυχὸν ἴσως, quae coniungenda ſunt, & πλεοναστικῶς poni ſolent, non ſecus atque αὖ πάλιν. GAVEL. Cui obſecundavi, comma, quod poſt τυχὸν erat, ante id collocans. REITZ.

v. 78. Σωτῆρ) V. Spanhem. 417. De Soteriche Aſita ἐποποιῷ legimus apud Suidam (v.) qui carmine epico Pantheam laudavit; conſule Suidam. SOLAN.

v. 79. Σάλπιγγος) Quaſi τὸ, Σωτήριχος, σάλπιγγα notet; ſit σάλπιγγος εἶδος. GUYET. Cur hic Soterichos Salpingis, id eſt, tubae, nomen habere dicatur, divinatu non admodum facile eſt. Mihi in mentem venit Minerva Σάλπιγξ apud Pauſan. Corinth. p. 122, 43. Eſt autem Minerva etiam ὑγεία ſ. ſoſpita, v. g. Pauſan. Att. p. 40, 11, & p. 60, 12. Ὑγεία denique eadem, quae σώτειρα. Meliora lubens diſcam. Verſionis interea rationem reddidi. GESN.

ibid. Σωτήριχε) Sic λέμβος σωτήριχος in Anthol. L. II, c. 41, Ep. 4. Σωτήριχος eſt nomen proprium ap. Cinnam L. IV, p. 192. At σάλπιγξ quod eo nomine inſigniatur, referendum fortaſſe ad τὸ ἀνακλητικόν. Max. Tyr. Serm. VI, καὶ καλὸν μὲν ἐν διώξει τὸ ἐγκελευστικὸν, καλὸν δὲ ἐν φυγῇ τὸ ἀνακλητικόν. GAVEL.

v. 88. Ἐμβροχὴν) Irrigationem partis affectae, quae fit appoſitione lanae aut lini, liquore aliquo medicali tincti. GUYET.

v. 89. Οὐ γὰρ στέγω) I. e. ferre non poſſum. GUYET.

v. 90. Εὐμορφίαν) Ἀμορφίαν legit interpres, (*deformitatem* reddens) ſed τὸ εὐμορφίαν placet. Ordo, οὐ στέγω τὰ δεσμὰ, εὐμορφίαν ἄχρηστον &c. appoſitive. I. e. οὐ στέγω τὰ δεσμὰ τῶν ἐριδίων, ὅ ἐστιν εὐμορφίαν εἰς πολλοὺς καλήν. τὸ μὴ στέγειν ſcil. i. e. τὸ μὴ ἔχειν, ἐστὶν εὐμορφία, καὶ τὸ ἔχειν δεσμὰ ἀμορφία, vulgi opinione. Sed fortaſſe τοῦ τροφεως verba ſunt, non Ocypodis aegroti. GUYET.

ibid. Εἰς πολλοὺς καλὴν) Εἰς πόδας κακὴν coniicit I. Ga-

vel, quod fasciis istis caput ornare decorum sit, pedes non item. Haud inepte profecto. REITZ.

v. 92. Γιγνώσκειν σε χρὴ) An γιγνώσκειν εὖ σε χρή; GAVEL. Non. Nam longa est prima in γιγνώσκω, ut bene animadvertit observatt. editor, (nec iuvat, si γινώσκειν substituas, quia & hoc primam habet longam) putatque σε semel excidisse, legendumque: Ἂν γὰρ παράσχῃς μοί σε, γιγνώσκειν σε χρή. Παρέχειν σε τινὶ obviam locutionem esse. Sed confer Guyeti & Pelleti Codicis emendationem in variantt. notatam, & elige. REITZ.

v. 97. Ἡμιστρόγγυλον) An semicircularem? GUYET.

v. 98. Ἔα, ἔα) Interiectio, non verbum, ut interpres. GUYET.

v. 102. Ψευδὴς — ἀκήκοας ἔργων) Versus hicce miserе est corruptus, omnique sensu destitutus. Ed. *Bas.* princeps & Isingrin. postrema verba ita ordinant, ὧν ἀκήκοας ἔργων· neque dubito, quin hic ordo sit verus, adeoque praeferendus. Sed neque ita consultum est metro. Equidem existimo legendum: Ψευσθεὶς γὰρ ἔκλυες ὧν ἀκήκοας λόγων. Sic versus optime & sensus constat; idem enim est, ac si dixisset, ἐψεύσθης γὰρ κλύων τῶν λόγων, ὧν ἀκήκοας. Vel pro ψευδὴς legend. ψευδεῖς, aut ψευδῆ, si pro λόγων malueris ἐπῶν. GAVEL.

v. 109. Καὶ πάντα φόβον λαβεῖν) Coniicit Guyet. καὶ πάντας φόβος λάβεν, quibus subdit Boivin. Si metri ratio habeatur, legendum esse πάντα. At ne sic quidem metrum constat, si quidem καὶ corripi nequit, quod vir cl. existimasse videtur. Mallem scripsisset Guyetus, καὶ φόβος πάντας λάβεν, vel Boivin. πάντα καὶ φόβος λάβεν. Videndum tamen, possitne retineri φόβον & λαβεῖν, ita ut haec pendeat structura a duplici potestate particulae ὡς. GAVEL.

v. 111. Κρατῶν ἔξω) Legere possemus ex notissimo Graecae ling. idiotismo Δαίμων τάχα τις ἔξω κρατῶν ποδὸς μ' ἔχει. Verum haec mera est coniectura. GAVEL.

v. 112. Ἀνακαθήμενος) Non male legeretur ἀγκαθήμενος μόνος. GAVEL. Sed sine necessitate tamen. REITZ.

v. 115. Προσῆλθε) Προῆλθε. GUYET.

v. 116. Ἐπ' ἐμοὶ) Θρηνῶν, πυρέσσων, εἶτ' ἐπ' ἐμοὶ αὐτὸν βάλεν, tentat I. Gavel. id tamen meram esse coniecturam professus. Sed d'Orville liberiore coniectura: Θρηνῶν, πυρέσσων (τ' ἀτρεκῆ) βάζων ἐμοί. At uni illi pedi posset quidem consuli, pro ἐπ' legendo ἐπί. Sed quinque tum mo-

do pedes erunt. Ideoque vox quaedam ſupplenda. REITZ.

v. 130. Καὶ νῦν &c.) Καὶ νῦν μὲν ἀκμὴν εἰς ποδῶν δεινῶς ἔχει legi poſſe proponit I. Gavel. REITZ.

v. 132. Δακρύσεις) Ita etiam reſtitui iuſſerat I. Gavel; cumque Pell. id habeat, facile obſecutus ſum. REITZ.

v. 136. Ὦ, δέομαι) Ἄντομαι ſubſtituit I. Gavel, quo verbo etiam uſus eſt v. 155. Sed nulla urgente neceſſitate; cum nec tribrachys nec anapaeſtus hic gnaros legis iamborum offendent, ut editor obſervatt. pag. 437 recte monet. REITZ.

v. 145. Εἰς δεινὸν &c.) Εἰς δεινὸν ἦλθες ἀχώριστον πόνον ποδὸς Guyet. legit, ut metrum reſtituat. At ne ſic quidem metrum conſtat. Spondeum enim in quarto pede eiuſmodi iambi ſtare non patiuntur. Legendum itaque: Εἰς δει | νὸν ἦλ | θες πόνον, | ἀχώ | ριστον | ποδός. BOIVIN.

v. 146. Πρόχωλον) Geſnerus refert ad πόνον. Sed quid ſi ad *me* referatur? addit frater. REITZ.

v. 149. Μένει) I. e. manet te τὸ συμποδισθῆναι. GUYET.

v. 151. Μοι συμπάσχει) Lege μοι pro με, quod in libris noſtris erat. SOLAN. An legend. καί με συμπασχεῖν κακῶς; (συμπάσχειν voluit, credo) vel καὶ κακῶς μοι συμπαθεῖ, aut tandem, ὡς με συμπασχεῖν κακῶς; quo pertinet Amphidis dictum, quod refert Apoſtolius Cent. XIV, N°. 74, Ὅπου τις ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὸν νοῦν ἔχει, ait I. Gavel. p. Obſ. ſaepe allegatar. 438. Verum Solani correctionem ſervavi, etſi licentia in μοι corripiendo tum ſtatuenda. REITZ.

v. 152. Πῶς ὅλως) Lege ὅλος, ait I. Gavel. An quia πῶς praeceſſit? Sed aliis non videbitur ſatis gravis cauſa. Et ὅλος ac ὅλως in Luciano tam crebro promiſcue habuimus, ut pigeat alibi dicta repetere. Interim non male ſenſit; nam ὅλος erat in *Fl.* ac *P. H.* quod ſervavi. REITZ.

v. 156. Εἴπερ τέχνη σὴ δύναται) Criticorum oculos effugit hic verſ. licet laboret defectu ſemipedis, quod δύναται primam corripiat, probe monet editor Obſerv. Miſc. an. 1739, p. 438, legique poſſe docet, vel Εἴπερ τέχνη ἡ σὴ &c. vel Εἴπερ τι τέχνη, vel Εἴπερ τέχνη τι σὴ δύναται. Parum abeſt, quin illud τι τέχνη edi curem, ita ſe commendat. REITZ.

v. 163. Ἄφευκτον) Eſt aſyndeton pro πάθος κακὸν καὶ ἄφευκτον· vel lege ἐς πάθους κακόν. GAVEL.

v. 164. Οὐ γὰρ) Ludit in duplici ſignif. vocis ποδάγρα.

Sumitur enim, ut notum eſt, vel, quemadmodum hoc verſu, pro pedicula ferrea, quae hodieque maleficis hominibus occulte tendi ſolet, & feris beſtiis. Suid. in v. Vel pro morbo articulari, uti verſu ab hoc ſecundo, Δεινὴν δὲ καὶ κρυφαίαν (alludit iterum hoc vocabulo ad priorem vocis podagra ſignificationem) εἰς πάντας κακὴν, quod nimirum non iam maleficos tantum, ſed omnes ſine ullo diſcrimine corripit. GAVEL.

v. 167. Ἧς οὐκ) Verſus Euripidis. V. Oreſt. p. 1 & ſeqq. SOLAN. Ex Eurip. Or. init. & Iov. Trag. ſub init. GAVEL.

v. 168. Αἳ, αἳ &c.) Veriſſime emendat frater, ſcribendum αἳ, αἳ, αἳ, αἳ, per diaereſin, & ſic erit ſenarius, ut ceteri. REITZ. Ita igitur edi curavimus.

v. 169. Πόθεν μοι τρυπᾷ) Τρυπᾷ πόθεν μοι neceſſario corrigit I. Gavel. Sed mallem mutatione minore & ſtructura faciliore, πόθεν τρυπᾷ μοι &c. Nam prima in τρυπᾷ communis videtur; brevis Ariſtophani in τρύπημα. Eἰρ. 1233. longa Homero in τρυπῶ & in τρυπάνω, Odyſſ. I, 384 — 5. REITZ.

v. 171. Βακχίους ὑπ' ὠλένας) Βακχείους ἐπ' ὠλένας vult doct. I. Gavel. Sed Βακχίους, in quo edd. noſtrae conſentiunt, defendit d'Orville ex Eurip. Cycl. 445, item 155, 428, 517, 519, aliiſque etiam Latinis. De ὑπ' autem in ἐπ' mutando ego non contradicerem Gavellio, recte ibid. dicenti, praepoſitiones ὑπὸ, ἀπὸ, ἐπὶ perinde ac παρὰ ſaepiſſime permutari. Quod autem addit, ſupra in Aſino c. 47 idem factum eſſe, ac pro vulgato κἀγὼ σφόδρα ἠχθόμην ἐπὶ τοῦ δεσπότου, κλέπτης ἅμα καὶ λίχνος ἑαλωκὼς, legendum ac diſtinguendum, κἀγὼ σφόδρα ἠχθόμην, ὑπὸ τοῦ δεσπότου — ἑαλωκὼς, diſquiram in Addendis. Certe mutata diſtinctio placet; utrum vero ἐπὶ non aeque valere poſſit *coram domino*, ut alibi Luciano aliiſque valet, videbimus. At ὑπ' hic ſtare poteſt, ſi novum ſubeundi verbum intelligas. REITZ.

IN EPIGRAMMATA.

I. *v.* 1. Ἔγραψε) I. P. d'Orville, cuius liberali beneficio nonnulla Luciani Epigrammata inedita ſum nactus, quae deinde ſubiiciam, verſionemque Grotii ſingulorum, (exce-

pto primo & ultimo) quam hic exhibemus, obſervationes etiam quaſdam addiderat; quarum haec eſt prima: *Si Luciani hoc Epigramma, ut veroſimile fit, maluerim ἔγραψα, ut de ſe Theocritus:*

Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τάδ' ἔγραψα,
Εἶς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρακοσίων.

Varietates Codicis Vaticani & aliorum ab eodem excerptas mecumque communicatas addidi. Ordinem autem Epigrammatum in edd. Luciani admodum perturbatum, ad Anthologiae ſeriem revocavi. REITZ.

v. 3. Διακριδόν ἐστι) Scribendum videtur διάκριτον a διάκριτος, unde compoſ. ἀδιάκριτος. A κρίνομαι κριτὸς *ſelectus*, Homero Il. A, διακρίνομαι, διάκριτος & ἀδιάκριτος. GUYET. Emendatio τοῦ, διάκριτον etiam adſcribitur Menagio in ed. Graev. Verum adverbia interdum pro adiectivis poni, vidimus ſupra Philopſ. cap. 6, quibus addere poſſem Diod. Sic. XI, c. 7, συστάδην γὰρ οὔσης, aliaque ſimilia, unde vulgatum διακριδὸν defendi queat. Adleverat & d'Orville: Menagius διάκριτον ſcribendum autumat. Sed διακριδὸν recte ſe habet. REITZ.

II. Εἰς ἀσώτους) In Cod. Vaticano & aliis: Λουκιανοῦ Σαμοσατέως τὸ ἐπικλὴν ἀθέου. D'ORVILL.

v. 1. Τὸν πατρικὸν) Totum hoc eodem modo legitur in Anthol. I, c. 9, p. 28. In *Fr.* ſ. *Wech.* p. 22, *Steph.* p. 13, exceptis tribus verbis, quae in variantt. notavi. Quae autem Brodaeus atque Obſopoeus in ed. Francofurtana ad haec epigrammata exponenda adiecere, non ſemper eius ſunt momenti, ut hic repetantur. E. c. quando addunt: *Thero. Menippi filius.* ἓῆς *ſuae.* γαστρί. *Plutarch. de Alexandro loquens:* ἦν δὲ καὶ γαστρὸς ἐγκρατέστατος. *Gregor.* ὥστε μὴ σχολάζειν γαστρὶ, μηδὲ τοῖς ὑπὸ γαστέρα πάθεσιν. Μαργοσύνη. *Venereae libidini.* Πενίης κῦμα. *a naufragiis translatum.* ἰδίοις. *bonis.* Haec pro ſpecimine. Brodaei tamen omnia, Obſopoei potiſſima deinde addemus. REITZ.

v. 4 Τειρόμενον) Τεινόμενον, typogr. vitium, pro τειρόμενον. Verum cum plura ſint, ea non notabimus: ſatius eſt, ut non Luciani editionis, ſed Anthologiae ex Stephani editione ratio habeatur. D'ORVILL. Ego tres alias Anthol. edd. iam ante contuli, & vitia nonnulla inde emendavi, ut ex adiectis variantt. lectt. apparet: iam tandem Stephani ed. quoque nactus beneficio eruditiſſimi C. de Pauw, ad eam cetera typothetarum vitia caſtigabo, quae

non ſemper operae eſt in variantibus meminiſſe. REITZ.

v. 6. Ἐπιμείλια) Lege ἐπὶ μείλια. GUYET. Et ſic *Ald.* Itaque ſic edi curavi, probante etiam Stephano in Theſ. atque oſtendente, Homeri imitationem eſſe, pro ἐπίδους μείλια, & deſiderari auctoritatem certam, qua ἐπιμείλια iunctim ſcribendum demonſtres. REITZ.

v. 7. Παρ' ἐλπίδας) Sic in melioribus edd. Sed in Cod. Vatic. περὶ φρένας, quod forte ex παρὰ φρένας· ſed tutius ſequi vulgatam lectionem παρ' ἐλπίδας. D'ORVILL.

v. 11. Οὕτω) Οὕτως Cod. Vat. In hoc Cod. adiicitur ſaepe haec & aliae literae, quae ſecundum canonas abeſſe ſolent. D'ORVILL.

v. 13. Ἐδάκρυε) Sic & Anthol. edd. omnes. Lege ἐδάκρυσε. REITZ.

III. *v.* 1. Ὡς τεθνηξόμενος) Anthol. I, *Lubin.* p. 33, *Franc.* 26, *Steph.* 15, quatuor hos verſ. eod. modo. Ut autem ſupra, in Soloec. § 7, τεθνήξει improbabatur propter ambiguitatem, qua dubium eſſet, ſecundaene ſit perſonae a τεθνήξομαι, Attice formatae pro τεθνήξῃ, an vero tertiae a τεθνήξει, ut bene advertit etiam Abreſch. anim. ad Aeſchyl. p. 382; ita hoc τεθνηξόμενος non tam eſt paulo poſt fut. paſſivum, cui in verbo abſoluto locus non eſt, ſed medium, a τεθνήκω. REITZ.

IV. *v.* 1. Θνητὰ) In uno Cod. Λουκυλίου, non Λυκιανοῦ eſſe perhibetur. In alio perhibetur Palladae, & ſequens Epigramma:

» Γῆς ἑτέβην γυμνὸς, γυμνὸς δ' ὑπὸ χαῖαν ἄπειμι.
Καὶ τί μάτην μοχθῶ; γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος.

Utrumque ego hoc diſtichon propter in verbis luſum cenſeo Lucilio vel Pallada dignius, quam Luciano. In primo autem ex ἀλλ' ἡμεῖς prior vox male omittitur in Vaticano. D'ORVILL. Θνητὰ &c.) Sic & Anthol. I, c. 13. Deinde ſequitur eod. lib. p. 44 ed. *Lubini*, p. 32 ed. *Francof.* p. 20 *Steph.* aliud incerti, Ἄχρις ἂν ἦς ἄγαμος, Νουμήνιε, — quod Luciani eſſe, viri cuiuſdam docti manus appinxit; ſed cum neſciam, quo argumento, id hic non addidi. Si tamen interea cognovero, id ex Cod. eſſe, poſtea etiam adiiciam. REITZ.

V. *v.* 1. Τοῖσι μὲν) Anthol. I, c. 24, p. 70, *Fr.* 49, *Steph.* 32. REITZ.

ibid. Πᾶς) Ita & Cod. Vat. Sed ἅπας correxi in Vanno critica, p. 328. D'ORVILL.

VI. *v.* 1. Οὐχ ὁ ἔρως) Anthol. I, cap. 26, pag. 80, *Fr.* 55. REITZ.

VII. *v.* 1. Ὠκεῖαι χάριτες &c.) Dixi in hunc ſenſum in poëmatiis meis Graecis, Epigrammate ad Guillelmum Lamonium, principem Senatus Pariſienſis:

Ἡ χάρις ἐν καιρῷ μικρὴ χάρις ἐστὶ μεγίστη.
Καὶ ταχέως δοῦναι, ἐστὶ χάρις χάριτος. MENAG.

Eodem modo eſt in exemplari utroque Anthol. I, c. 30, p. 84, (al. 58) *Steph.* 39, niſi quod κενὴ duobus incluſum commatibus, quod imitatus ſum. REITZ. In membrana Vaticana duobus locis hoc epigramma ceu ἄδηλον, ſ. ſine certo auctore exhibetur. In verſ. ſecundo in Cod. quodam μηδὲ γένοιτο χάρις. D'ORVILL.

VIII. *v.* 1. Φαῦλος) Anthol. I, p. 85, in maiore, p. 58, *Steph.* 40. REITZ.

IX. *v.* 1. Ἀνθρώπους) Anthol. p. 117, mai. 79, *Steph.* 55.

ibid. Ποιήσας) Ποήσας in Cod. Vatic. quod ferri poteſt. Sic paſſim Codd. & vett. Inſcriptt. apud Muratorium, pag. MCCXXXII, 8, Gruter. MLXXXIX, ἐτόησε. D'ORVILL.

X. *v.* 1. Οὐδὲν &c.) Anthol. 132, mai. ſ. *Francof.* 91, *Steph.* 63. REITZ.

XI. *v.* 1. Ἀῤῥήτων &c.) Vid. I Anthol. c. 51. (maior. p. 103, *Steph.* 70.) Et Rittersh. p. 56, addidit Solanus conſulendum. REITZ.

ibid. Σφρηγὶς ἐπικείσθω) Theognis: Κύρνε, σοφιζομένῳ μὲν ἐμοὶ σφρηγὶς ἐπικείσθω Τοῖς ἔπεσι —. Herodot. Καὶ τῆς Δήμητρος τελετῆς πέρι, τὴν οἱ Ἕλληνες θεσμοφόρια καλέουσῐ̈ν, καὶ ταύτης μοι πέρι εὔστομα κείσθω. εὐφήμως εἰρήσθω. BROD.

XII. *v.* 1. Πλοῦτος —) I Anthol. 67, 1. (ed. maior. pag. 131, *Steph.* 89.) Ubi duobus verbis rectius, quam hic, legebatur; ideoque ſic reſtitui. Verſu 6 autem ἀεὶ aeque vitioſe habebat, atque edd. Luciani, quod emendare nihil ſum veritus. REITZ.

v. 2. Αὐτὴ) Αὐτὴν Vat. & alius Cod. & edd. quaedam, male. Vir doctus volebat Ἄτην. D'ORVILL. (Vid. Rittersh. in Porph. pag. 43.)

XIII. Εἰς τύχην) In Vat. ἀδέσποτον εἴς τινα ἀγρὸν Ἀχαιμενίδου ἀπ' ἄλλου εἰς ἄλλον μετερχόμενον. Bourdel. ad Nigrin. c. 26 dubitabundus Luciano adſcribit. D'ORVILL.

v. 1. Ἀγρὸς) In Anthol. I, cap. 80, p. 231, *Steph.* 110, haec quidem eodem ordine leguntur. Sed in fin. eiuſdem cap. & hoc eidem tribuitur: Θεοῦ μὲν ἐκτὸς οὐδεὶς εὐτυχεῖ

βροτὸς. Sed verſus non erit, niſi inverſe legas οὐδεὶς ἐκτὸς, tumque ſenarium habebis. In ed. Anthol. maiore legas idem p. 165. Ibidemque adiunctum hoc Scholion: ſive Homericum ex Od. 6, Οὐκ ἀθεεὶ ὃδ' ἀνὴρ Ὀδυσήϊον ἐς δόμον ἵκει. Sed merito videtur in Luciani editt. omiſſus, quia Euripidis eſt, cum tribus ibi ſeq. teſte Cod. Vaticano, ut video ex ſchedis d'Orville; qui etiam notarat, Salmaſium quoque legiſſe inverſe, οὐδεὶς ἐκτὸς, vel οὔτις pro οὐδείς. REITZ.

v. 4. Ὅλως οὐδενὸς) Natura quidem nulli patriam eſſe, nec domum, nec agrum, oſtendit Plutarchus in commentario de exſilio. BROD.

XIV. *v.* 1. Μὴ πταίων) Anthol. I, 234, *Fr.* 163, *Steph.* 112. REITZ. Εὖ πράττων pro μὴ πταίων Cod. Vat. Illud praetulerim: ſi Luciani, non Lucilii ſit Epigramma. D'ORV.

v. 4. Τύχης τε) A tribus Codd. inter quos Vaticanus, abeſt τε ante ῥοπαῖς. Licet autem ῥοπαὶ τύχης recte dicantur, praeferenda tamen lectio, quae in unius Codicis contextu, in alterius Codicis margine conſpicitur, τύχης ῥιπαῖς. D'ORVILL.

XV. Εἰς τύχην) Et hoc Epigramma Lucillii, non Luciani, eiuſdem teſtimonio Codicis. Ab alio nomen Luciani abeſt. D'ORVILL.

v. 1. Πολλὰ τὸ) Alio ordine hoc collocatur in Anthol. I, c. 80 f. in *Fr.* p. 165, *Steph.* 114. Nempe ante ſex praecedentia Epigrammata; ſed nihil refert, verba ipſa conveniunt. In Anth. *Francof.* adſcriptum hoc Scholion: Μαιονίη δ' ἐπὶ τοῦτον ἐπ' ἀντολίην τετανύσθαι Τμώλῳ ὑπ' ἠνεμόεντι· ὅθεν Πακτωλὸς ὀδεύων Χρυσὸν ὁμοῦ δίνῃσιν ἐφελκόμενος κελαρύζει. Sed pertinent ad verba κἂν ποταμὸς, quibus Brod. etiam adſcripſit: ut Pactolus Croeſo, tametſi auriferi amnes. REITZ.

v. 2. Τοὺς μικροὺς ἀνάγει) Heſiod. Ἔργ. 5, Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει. In hoc occupatum Deum Aeſopus protulit. BROD.

v. 4. Ποταμὸς χρυσοῦ) In Anthol. *Fr.* l. d. additum hoc Schol. Ὥσπερ καὶ τῷ Κροίσῳ· ὃς ὑπὸ τοῦ Κύρου νικηθεὶς πάντων ἐλεεινότατος γέγονεν.

XVI. *v.* 2. Ἐφελκομένην) Ἐφελκομένη in Cod. Vaticano. In alio Cod. ἐφελκομένων. Vulgata ſatis recte ſe habet: quamvis etiam Vaticana poſſet defendi. Immo a Salmaſio praefertur; nam ἐφέλκεσθαι poſt ſe trahere. Potuiſſet etiam ſcribi ἐφεσπομένην τὴν μετάνοιαν ἔχει. D'ORVILL. Vid. Anthol. *Lub.* 252. *Steph.* 120. At in *Fr.* p. 174 Brod. adſcri-

pſit: Ὑφελκομένην, eam ſtatim a tergo ſequentem. Non male; ſed vulgatum ſtare poteſt. REITZ.

XVII. *v.* 1. Ἓξ ὧραι) In Anthol. L. I, p. 256 ed. Ien. incerto auctori hoc adſcribitur: ſed quia in edd. Luciani dudum comparuit, omittere nolui. Alluſio ad literam ζ, ſeptimam quaſi horam indicantem, facile intelligitur cuivis: ſed ſatis frigida tamen erit, niſi notaveris literas numerales ſequentes ζ. *n.* ϑ. *ι.* tumque aliquid ſalis habebit. His ſcriptis video, & clar. d'Orville de inſcriptione haec notaſſe: "Ἄδηλον *non ſolummodo in edd. verum etiam Codicibus: ut neſciam, quo iure inter Lucianea locum ſibi vindicarit. Videatur Salmaſ. in Plinian. Exerc. p.* 447. Ubi is literas ſolarii indicat, ac ζῆθι *vive*, i. e. *genio indulge*, exponit, pro more veterum, qui ſex horas uſque ad meridiem rebus agendis, reliquas poſt meridiem corpori curando impendebant. REITZ.

XVIII. *v.* 1. Εἰ ταχὺς) Anthol. L. II, p. 267. *Fr.* 185. *Steph.* 128.

v. 2. Τοῖς ποσί σου) Τοῖς σοῦ τρῶγε ποσὶν cum Salmaſio malim. D'ORVILL.

XIX. Εἰς ἀδύνατον) In Vaticano lemma eſt εἰς Ἰνδον. A Cod. quodam Luciani nomen abeſt, in quo etiam νίπτοις. D'ORVILL.

v. 1. Δέμας Ἰνδικὸν) Anthol. mai. pag. 186, ubi Brod. addit: *Indum & Aethiopem lavas vel dealbas*, proverbialiter operam inanem ſignamus. Eraſmus in adagione, *Aethiopem dealbas*. Idem repetit Obſop. Sed haec pueris nota. REITZ.

XX. *v.* 1. Οἱ συναγωνισταὶ) De Apide Pygmacho, qui neminem adverſariorum unquam vulneravit. OBSOP. Hoc Epigramma abiudicat Luciano Cod. Vat. & Lucilio tribuit, me non invito. Verſ. 2 cur non ſcripſit μηδένα; ſic ſaltem verſui conſuleretur. D'ORVILL.

v. 2. Ἄπιν) Ex Anth. L. II, *Lub.* 267, *Steph.* 128, *Fr.* 185, ubi hoc Scholion additur: Ἐνταῦθα Ἄπιν ἀντὶ τοῦ ἀθλητοῦ ἀστόχου λιπτέον, καὶ μηδένα ποτὲ καταπυγμαχήσαντα, ἅτε δὴ ἀμαθῆ τῆς τέχνης καὶ τῆς πυγμῆς οὐκ εὖ ἔχοντα. Ἄλλως δὲ Ἄπις ἐστὶ θεὸς παρ' Αἰγυπτίοις τῇ σελήνῃ ἀνακείμενος. Ὤχος δὲ τοῦτον ἀπέκτεινεν. Ad ἔθηκαν autem Brod. notarat: *ſtatuam poſuerunt*. Et ad οὐδένα, *Imbellem Apim mordet Lucianus*. REITZ.

XXI. *v.* 1. Πᾶσαν) Nec hoc Lucianum, ſed Lucilium agno-

fcit parentem, auctoritate eiuſdem membranae Vat. D'ORVILL. Vid. Anth. 267, *Fr.* 185, *Steph.* 128. REITZ.

v. 3. Ἔσχον) Vix retinui. Ἐν Πίσσῃ, Olympiae. BROD.

ibid. Πλαταιαῖς) In Anthol. l. d. legas hoc Schol. Μεταξὺ Κυθαιρῶνος καὶ Θηβῶν, ἐν ὁδῷ τῇ εἰς Ἀθήνας καὶ Μέγαρα παραῤῥεῖ δ' αὐτὰς Ἀσωπος· ἔνθα Μαρδώνιον καὶ τὰς λ' μυριάδας Ἕλληνες ῥίψαντες ἱδρύσαντο Ἐλευθερίου Διὸς ἱερόν· καὶ τοὺς ἐν μάχῃ τελευτήσαντας δημοσίᾳ θάψαντες ἀγῶνα γυμνικὸν στεφανίτην ἀπέδειξαν τὰ Ἐλευθέρια. Ad idem verbum Brod. haec habet: ad Plataeas Boeotiae urbem, quam a Thebanis bello Peloponneſiaco everſam reparavit Alexander, erat certamen gymnicum Eleutheria nuncupatum, quod illic Graecorum Mardonium cum trecentis Perſarum millibus ad internecionem deleviſſent. Strabo lib. IX, Plutarch. in Ariſtide, & Pindari Scholiaſtes in 3 Olymp. hymno. Quae etſi vulgaria, propter auctoritates additas apponere tamen placuit. REITZ.

v. 5. Ἐκορύσσετο) Ad hoc ſe cum civibus paravit. BROD. Ἐκορύσσετο nullum ſenſum fundit. Legendum ex Cod. Vaticano, καρύσσετο, per praeconem indicabat, flagitabat. Heſych. κάρυξ. κήρυξ ἢ καυλός. καρύσσωσι. κηρύσσωσι. Praecones enim proelio occiſos ad ſepulturam poſcebant: praeconum quoque uſus varius in ludis. Planudes mutavit, non intelligens Doricum καρύσσετο. Ἐκορύσσετο alii *contentione ferebatur*, alii *ſe parabat* interpretantur fruſtra. D'ORVILL. Tam neceſſaria mihi videtur haec emendatio, ut in contextum recipienda ſit, ſed & tum ὅσαν ac Πίσᾳ Dorice quoque reponendum. REITZ.

v. 6. Ἄραι μ' ἐκ σταδ.) Αἶραί με σταδίων, bene Cod. Vat. Illud ἐκ fruſtra adeſt. Αἶραι, id eſt, ἆραι. D'ORVILL.

XXII. *v.* 1. Γραμματικὴ φυσίζοε) Anth. p. 286. *Steph.* 138. In *Fr.* p. 200 additur hoc Scholion: ἡ τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαῖα φύουσα. Brodaeus etiam ibidem: victui hodie omnibus neceſſaria ſuppeditans. Hom. Il. Φ, γῆ φυσίζοος ἥτε κατὰ κρατερὸν περ ἐρύκει. REITZ.

v. 2. Φάρμακον) Φάρμακον inopiae. BROD.

ibid. Μῆνιν ἄειδε θεὰ) Homeri praelectionem, (i. e. Iliados initium.) BROD.

v. 3. Ἔχρῆν γὰρ καὶ σοὶ) In utroque Anthol. exemplari, L. II, c. 10, N. 8, hic verſus ita legitur: Νηὸν ἔχρῆν καὶ σοὶ περικαλλέα δωμήσασθαι, i. e. *templum oportebat & tibi perpulchrum exſtrui.* Eamque lectionem credo meliorem, cui

Obſop. recte adiecit: precatur Grammaticam, ut ei ſit propitia, dignamque putat, cui templum condatur & ara. Sed cum Luciani edd. alteram ſervent, nihil mutavi. REITZ.

v. 5. Καὶ γὰρ σοῦ μεσταὶ) Haec de Iove in exordio Phaenomenon Aratus. BROD.

ibid. Μεστὴ δὲ θάλασσα) Anthol. l. d. addit in marg. Παρὰ τὸ Ἀράτου· μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί· πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί. Idem repetit Obſop. addens tantum, Virgilium hoc imitatum in ecl. *Iovis omnia plena.* REITZ.

v. 6. Δέκτρια) Vatic. & alii Codd. & varia lect. Wechelianae ed. λέκτρια. Henr. tamen Steph. & in ſuis ad hoc epigramma notis, & in Lexico, in voce λέκτρια, pro δέκτρια ſtat; quam lectionem omnino ſtabilit Archilochi diſtichon in Plangonem, quod exſtat apud Athenaeum L. XIII, p. 594, unde hic locus expreſſus:

Συκῆ πετραίη πολλὰς βόσκουσα κορώνας,
Εὐήθης ξείνων δέκτρια Πασιφίλη.

Ubi H. Stephanus memoriae vitio laudat πάντων pro ξείνων, in voce δέκτρια. Mox δωρήσασθαι vitioſe poſitum pro δωμήσασθαι, quae vera lectio. D'ORVILL. Δέκτρια) Omnes ſuſcipiens atque alens. Archiloch. εὐήθης ξείνων δέκτρια πᾶσι φίλη. *Brod.* Favet huic lectioni etiam Vinc. Obſop. addens: pro λέκτρια, dicax, melius legitur δέκτρια ſuſceptrix; ſic enim in vetuſtis legitur exemplaribus. Sed & H. Steph. ait: in al. edd. legitur λέκτρια pro δέκτρια, poſito λ pro δ, quem errorem frequenter occurrere, in meis in Xenophontem annott. docui. REITZ.

XXIII. *v.* 1. Δαίμονα &c.) Anthol. p. 298, maior. 207, *Steph.* 143.

v. 2. Κόπρων δυνάμει) In Anthol. mai. p. 207, additur hoc Schol. Τῇ γὰρ ἀηδίᾳ τῆς ὀσμῆς ἐξέφυγεν ὁ δαίμων. REITZ.

XXIV. Εἰς δυσώδεις) Λουκίλλου non Λουκιανοῦ in Vat. lib. D'ORVILL.

v. 1. Οὔτε χίμαιρα) Cum in Anthol. L. II, p. 207, & p. 298, *Ald.* p. 83, hoc epigramma Luciano adſcriberetur, docta manus adiecit, Lucilii eſſe, qua auctoritate, neſcio. Scholion autem in marg. etiam hoc additur: Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα, Δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος. (Il. Z, 181.) Idem allegat Brod. additque haec: Pindarus, καὶ χίμαιραν πῦρ πνείουσαν. Plin. L. 2, Solin. c. 42. Chimaeram Amiſodori filiam, quae in Lycia cum leone & dracone filiis latronibus graſſaretur, fuiſſe, perhibent

nonnulli: diſſentit Plutarch. in libello, cui titulus γυναικῶν ἀρεταί. Palaephatus in Bellerophonte, & Serv. Aeneid. VI. REITZ.

v. 2. Ἀγέλη — πυρίπνους) Eurip. in Medea, πεμφθέντα ταύρων πυρπνόων ἐπιστάτην. Pindarus, καὶ βόας οἱ φλόγ' ἀπὸ ξανθῶν γεννύων πνέων. Hos Iaſon Medeae pharmacis ſub iugum miſit. Ovid. Metam. 7. Diod. 5. Valer. Flacc. 7. Et Apollon. poſt Orpheum Argonaut. 3. BROD.

v. 3. Σύμπασ') In utraque Anthol. p. 207, & p. 299, recte legas σύμπασ' cum apoſtropho, ac femin. gen. quod in Luciani edd. male σύμπας, gen. maſculino erat; quare id emendavi, quod vel ſine auctoritate fuiſſet emendandum. Brodaeus ib. addit: *non Lemniarum oris foetor.* Adeat lector Zenobium, Apollodor. L. IV, Euripidis in Hecuba ſuper hoc verſu, καὶ λῆμνον ἄρδην ἀρσένων ἐξώκισαν, Pindari hymno Pythiorum 4, & Apollonii Argonaut. 1, commentarios. Nam Eraſmus in Paroemia, *Lemnium malum*; confitetur, ſe hoc anxie non veſtigaſſe. Quam enucleavit Euſtathius non longe a fine primae Iliados rhapſodiae poſt Herodotum in Erato, ex ſuperioribus Philoſtratus in Neoptolemo. Hoc Orphei carmen Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ τόθι περ κακὰ ἔργα μεμήλει θηλυτέραις. Calaber lib. 9, Λῆμνον ἐς ἀμπελόεσσαν, & Aeſchylus in Agamemnone, τὸ δεινὸν αὖ Λημνίοισι πήμασι, enarrabantur. REITZ.

ibid. Οὐχ ἁρπυιῶν τὰ περισσὰ) Palaephatus in Phineo. Harpyiae in Phinei menſam involantes cibos partim corripiebant, partim, cum ingluviem ſaginaſſent, foeda contrectatione inquinabant, virulentoque afflatu polluebant. Iſta literis commendavit Valer. Flac. lib. IV, Apollonius Argonaut. II, τὰ περισσὰ, λείψανα δαιτὸς vocans. Unde Oppianus Cyneg. II, καὶ γλυκερὴν μελίεσσι δόσαν στομάτεσσιν ἐδητύν. BROD.

v. 4. Φιλοκτήτου ποῦς) Sophocl. in Philoctete, Pauſan. in Arcad. Philoſtr. in Imagg. Dictys L. II. Philocteten ſanatum terra Lemnia ſphragide fama diſſeminavit. Ceterum in velo ea pars, quae acutior & inferior ad navis latus religatur, aut potius funis; ſic enim iudico; huic veli parti annexus, qui modo contrahitur, modo relaxatur, pes eſt Latinis, Graecis ποῦς. Λέγεται δ' (inquit Euripidis interpres) οὕτω τὸ σχοινίον τὸ κάτωθεν τοῦ ἱστίου. Ariſtophanis Scholia: πόδας δὲ καλοῦσιν οἱ ναῦται, τοὺς παρ' ἑκατέρα τὰ μέρη κάλως ἐνδεδημένους τῆς ὀθόνης. Homeri: εἰ πόδες, εἰ κά-

τωθεν συνέχοντες τὴν ὀθόνην. Apollonii: οἷς μὲν κατάγεται τὸ ἱστίον, μεσουρίας λέγουσιν, οἷς δὲ ἰσχυροποιεῖται ὁ ἱστὸς ἐξ ἑκατέρου μέρους ἐπὶ τὴν πρῴραν προτόνους, τοὺς δὲ κατὰ τὰς γωνίας, πόδας. Fatetur Euſtathius Od. E. Q. Calab. L. IX: ἱστία δ' αἶψ' ἐτάνυσαν ὑπ' ἀμφοτέροισι πόδεσσι. Seneca tragoedus: *Nunc praelato pede tranſverſos captare notos.* Seneca philoſophus: *Quia pedem & noſtrum dicimus, & lecti, & veli, & carminis.* Catull. *Sive utrumque Iuppiter ſimul ſecundus incidiſſet in pedem*, i. e. in velum, per ſynecdochen. Subit hac parte mirari, Eraſmum in Adagio, *duobus pedibus fugere*, gubernaculum, navis pedem appellari, ſcripſiſſe. Eundem in paroemia, *omiſſa hypera pedem inſequeris*, pedem imam partem clavi vocaſſe; eundem ipſum in proverbio, *pervicacia ſtultitiae dat poenas*, πόδα *clavum* vertiſſe. Ego homo nondum octo & viginti annos natus Eraſmum reprehenſum minime velim, cui praeſertim ſubſidio ſunt Homericae annotationes hoc in metrum, Ἀεὶ γὰρ πόδα νηὸς ἐνώμην, qui a Porphyrio & Simplicio ſublevatur. Καὶ κλίνης δὲ καὶ τραπέζης τὰ βαστάζοντα πόδες καλοῦνται, καὶ τῆς νεὼς τὸ πηδάλιον. Tametſi tribus his in locis pedem funem eſſe, quo tenditur velum, exiſtimem. BROD.

v. 5. Παμψηφεὶ) *Omnibus ſuffragiis.* BROD.

v. 6. Ὄρνεα) Harpyias. BROD.

XXV. *v.* 1. Ποιητὴς) Vid. Anthol. p. 344, *Fr.* p. 239, *Steph.* 165. Quia verſu tertio in verſione omittere coactus ſum κἂν πάλιν εὕρῃ, ecce verſionem ſolutam: *Poëta veniens in Iſthmia ad certamen, invenienſque poëtas*, (i. e. bonos poëtas, ſe ſuperiores) *ait, ſaucium tumore pariſthmia dicto ſe laborare. Aditurus vero Pythia, & ubi rurſus invenerit* (antagoniſtas meliores), *non potuit dicere etiam: parapythio morbo laboro.* Illuſtr. Grotius ſic verterat, ut ex chartis d'Orvillii didici:

Iſthmia conſpexit, ſed habere pariſthmia dixit,
Quando alios illic eſſe poëta videt.
Numquid & hic ſeſe parapythia dicet habere,
Si vates alios Pythia ſacra dabunt?

Adſcripſit d'Orville: *Omiſſum ab collectore Epigrammatum Luciani; licet eius nomen praeferat. In Cod. tamen Vat. non* Λουκιανοῦ, *ſed* Κεραλίου, *ſive* Κερεαλίου *potius, eſſe perhibetur: cuius Cerealis exſtat aliud Epigramma p. 169. In Cod. quodam v. 4 pro* ἔχω *ſcribitur* ἔχειν. *Senſus & acumen horum verſuum talis videtur. Poëta quidam ineptus cum ad certamina Iſthmia*

acceſſiſſet, una cum aliis poëtis certaturus, ſe excuſavit frigido ioco, negans ſe certare poſſe, ut qui laboraret tonſillis, quae παρίσθμια vocantur: earumque inflammationes eodem nomine veniunt. Luſit, dico, in vocibus ἴσθμια & παρίσθμια, & patida hac ſyllabarum captatione tum quidem evaſiſſe ſibi viſus fuit. At Lucianus impune hoc non abire ſivit, & rogavit: an, ſi ad Pythia certamina acceſſiſſet, & iterum excuſationis praetextu indigeret, diceret ſe habere παραπύθια; quod negat eum facere poſſe, quia Graeca lingua tale vocabulum ignorat, ſimul forte reſpiciens ad vocem πύθειν, eumque & argutias tales putere innuens. REITZ.

ibid. Ἴσθμια) In Anthol. *Fr.* l. d. additur hoc Schol. Ἀριστοτέλης περὶ ζώων α', κεφ. ιστ', ἐντὸς τοῦ αὐχένος ὅ, τε οἰσοφάγος (ἰσοφάγος male legebatur) καλούμενος ἐστὶ τὴν ἐπωνυμίαν, ἀπὸ τοῦ μήκους καὶ τῆς στενότητος. Πολυθ. ἰσθμοῦ δὲ διὰ τὴν στενότητα τῆς φάρυγγος κληθείσης. τὰ ἑκατέρωθεν εἰκότως παρίσθμια ἐκλήθη. Παρίσθμια νόσος ἐν τῷ φάρυγγι φυομένη. REITZ.

v. 2. Εἶπε παρίσθμι' ἔχειν) Quae Graeci παρίσθμια vel ἀντιάδας, Latini tonſillas vocant, h. e. faucium tumores, qui non facile diſcuti poſſunt: in ſue glaudulae nominantur. Celſ. L. VI, cap. 10. Haec I. Brod. & plura, quae omitto, quia nimis multa, & vulgaria. REITZ.

XXVI. *v.* 1. Εἰπέ μοι) Ex Anthol. L. II, pag. 351, *Fr.* 244, *Steph.* p. 168. Verſio Grotiana haec eſt:

Dic mihi quaerenti, Maia ſate, ductus ad orcum
Lollianus tecum quomodo fecit iter?
Mirum ſi tacuit: quin te quid, credo, docere
Geſtiit; o comitem poſt quoque fata malum. REITZ.

Εἰπέ μοι) Etiam neglectum, licet auctoris noſtri nomen in edd. & Codd. conſpiciatur. In Cod. Vat. v. 1 κατέβαινεν pro κατέδυνε. Auctoritas membranae omnium vetuſtiſſimae me in illam vocem propendere facit. D'ORVILL.

ibid. Κυλλήνιε) Mercurius Cyllenius appellatur a monte Arcadiae Cyllene altiſſimo, rectius, quam ab urbe, ubi ei templum conſtructum eſt. Monti nomen impoſuit Cyllenus, aut Nympha Cyllene, quae illic Mercurium educavit, aut ex Iove peperit. Diverſa Feſtus in voce Cyllenius. BROD.

v. 2. Λολλιανοῦ ψυχὴ) Suidas. Is eſt fortaſſis, cuius vitam conſcripſit Philoſtratus. BROD. Videtur antea lectum Λουκιλλιανοῦ, cum Vinc. Obſop. adſcripſerit: Pro Λουκιλ-

λιανοῦ lege Λουκιλίου, si vis versum legitimis pedibus currere. Sed Λολλιανοῦ iam verius editum inveniens id servo. REITZ.

v. 3. Μένει σιγῶσα) Unumquemque olim fugillans. Malim tamen, θαῦμα μὲν, εἰ σιγῶσα, non μένει. BROD. Ego μὲν, εἰ iam bene editum inveni, quod sane recte nunc habet. REITZ.

ibid. Καὶ σὲ διδάσκειν) Sic enim docere solebat Lollianus, aut tacens, aut alicui maledicens. BROD.

XXVII. *v.* 1. Τὸν τοῦ δειπναρίου) Transmissum, licet Luciani nomen praescriptum, revera tamen in Cod. saepe laudato Λουκιλλίου esse perhibetur. Primo versu male Cod. quidam ἡμᾶς pro ὑμᾶς. D'ORVILL. Interdicit convivis, ne qua grammatica altercatione convivioli suavitatem conturbent, ita inquiens:

Prandioli nostri leges cognoscite, nam vos,
Aule, nova ad coenam conditione voco.
Carminibus nemo nobis velit esse molestus,
Nec turbet nostras ars literata dapes. OBSOP.

Δειπναρίου) Frugalis & tenuis coenae, id est, Grammaticorum. BROD. Vid. Anthol. *Fr.* pag. 262, *Steph.* 179. Versio Grotiana sic habet:

Si quid nostra placet tibi coenula, vespere nobis,
Sed conviva novis legibus, Aule, veni.
Non volumus recitat qui carmina: nulla movebit
De re Grammatica iurgia nemo tibi.

Sed quia mea aeque ac superiorum iam erat confecta, eam Graecis subiicere non dubitavi. REITZ.

v. 2. Καινοῖς δόγμασι) Hoc explicat οὐ μελοποιοὺς ἐρεῖ. In hunc sensum Martialis, libro XI: *Plus ego polliceor, nil recitabo tibi;* & V, *Nec crassum dominus leget volumen.* BROD.

XXVIII. Εἰς βρέφη) Inscriptio in Cod. Vat. Λουκιανοῦ. εἰς παῖδα Καλλίμαχον πέντε χρόνους ζήσαντα. Χρόνοι posteriorum temporum Graecis annos significant. D'ORVILL.

v. 1. Παῖδα) Anth. 460. Maior. 321. Steph. 221.

XXIX. *v.* 1. Ἠχὼ &c.) In Anthol. L. IV, p. 677, in altera, p. 460, *Steph.* 321, *Ald.* 189, hoc Epigr. non ita certo tribuitur Luciano, quin inscribatur: ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ, οἱ δὲ, ΑΡΧΙΟΥ. Ego etsi diiudicare non valeo, cuius sit, omittere tamen nolui, quamvis non multum iacturae passura fuisset res literaria, si lucem non adspexisset. REITZ. Quam incerto adscribatur Luciano, vulgati libri ostendunt. Ego

magis Archiae arguto ſtilo, quam Luciani naſo, convenire tales luſus cenſuerim. D'ORVILL.

v. 2. Ἀσομένην) In quibuſdam edd. legitur ἀδομένην. Sed aptius eſt ſenſui futurum, cui etiam potius, quam praeſenti, activa ſignificatio dari ſolet. STEPH. Codd. quidam & edd. quaedam, inter eas prima, ἀδομένην, quod praetulerim, licet Stephanus aliter ſentiat. D'ORVILL.

XXX. *v.* 1. Τὴν Παφίην) Anthol. L. IV, 683, *Fr.* 463, *Steph.* 323. REITZ.

v. 2. Οὗτος) Praxiteles. BROD. Quia ſcilicet eius mentio facta in Antholog. epigr. proxime praemiſſo, quod Veneris imagini quoque adſcriptum. REITZ.

XXXI. *v.* 1. Σοὶ μορφῆς) Anthol. IV, c. 12, *Fr.* p. 463, *Steph.* 323. REITZ. In Cod. Palat. & in aliis nullus auctor laudatur. D'ORVILL.

XXXII. *v.* 1. Εἰς τὸ κενὸν) Anthol. IV, 712, *Fr.* 477, *Steph.* 338. Ne fruſtra verſio Grotiana mecum communicata ſit, ecce illam:

Arida me poſuit propter ſarmenta Priapum,
Ut mori morem ſic gerat Eutychides.
Ambior & foſſa; ſi quis tamen adveniat fur,
Nil ſit, cuſtodem me niſi, quod rapiat.

Lector eligat, quod velit. D'Orville adiecerat: Luciani eſt, Codd. teſtibus. Duo ultimi verſus a Codice abſunt. In inſcriptione vero habetur: εἰς ἕτερον Πριήπου, ſcil. ἄγαλμα. REITZ.

XXXIII. Ἀπὸ γυναικῶν) Remove illud ἀπὸ γυναικῶν, & repone: ἐπὶ τῷ κατόπτρῳ τῆς Λαΐδος ἀνατεθέντι τῇ Ἀφροδίτῃ. Licet autem hoc Epigramma ſit omnino dignum Luciano, dubitandi anſam praebet, quod in Cod. Vat. habeatur τοῦ αὐτοῦ· quaſi non Λουκιανοῦ, ſed Ἰουλιανοῦ eſſet. D'ORVILL.

v. 1. Ἑλλάδα &c.) Poſtremo ferme loco hoc epigr. collocatur in Anthol. nempe L. VI, c. 8, vel p. 556 *Francof.* *Steph.* 421. Cumque in omnibus Luciano adſcribatur, in *Fr.* tamen addit Drakenb. nomen ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ, pro ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ. REITZ.

v. 6. Σκιόεντα) I. e. ſpeculum. GUYET. Immo umbratilis in ſpeculo effigies. REITZ.

XXXIV. Ἀπὸ ναυηγῶν) In Vaticano eſt Λουκιανοῦ ἀνάθημα Λουκιλλίου. Non ſolum I. Brodaeus ad hoc Epigramma putat auctorem eſſe non Lucianum, verum Lucillium,

cuius quam plurima habemus epigrammata in Antliologia; ſed etiam ſic cenſuit F. Urſinus in Virgilio cum Graecis collato, pag. 113. Fraudi fuit viris eruditis, quod Lucillii nomen in ipſo Epigrammate occurrit, ſed non ut auctoris verſuum, ſed ut dedicantis. Nomen Λουκίλλιος ſaepius in Vaticano Λούκιλλος & Λούκυλλος exaratur; ſed Λουκίλλιος aſſeritur ex L. II, c. 13, Epigr. 2. Porro primum verſum eſſe Parthenii, conſtat ex A. Gellio L. XIII, cap. 25. Qui obſervat, Virgilianum verſiculum ex L. I Georg. 437, deſumtum fuiſſe ex iſto poëta: *Glauco & Panopeae & Inoo Melicertae.* Parthenii autem verſus apud Noct. Att. ſcriptorem ſic ſe habet: Γλαύκῳ καὶ Νηρεῖ καὶ εἰναλίῳ Μελικέρτῃ. Uti adeo, quemadmodum Gellius animadvertit, Virgilius pro Νηρεῖ ſubſtituerit *Panopeae:* pro εἰναλίῳ, *Inoo.* Sane utrumque magno iudicio; cum ſit *Panopea* longe ſonantius vocabulum, quam *Nereus;* & elegantius patronymicum a matre repetitum exornet Melicertam. Verum enimvero dubitare licet, utrum mutatio illa ſecundo loco facta debeatur Virgilio: an vero re vera ſic ipſe dederit Parthenius, quo magiſtro in Graecis uſus fuit Virgilius, & Gellius corruptis uſus ſit Codicibus, εἰναλίῳ pro Ἰνώῳ exhibentibus; nimirum apud Macrob. in Saturn. L. V, cap. 17, ſic plane legitur: Γλαύκῳ καὶ Νηρεῖ καὶ Ἰνώῳ Μελικέρτῃ. Quin etiam huius tituli noſtri auctor ſic, vel non multum diverſo modo legiſſe videtur, quam hic exaratum ſit: Νηρεῖ καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ. Quam tamen lectionem minime ex tribus probo. Scriptum praeterea puto Parthenio & Luciano: Γλαύκῳ καὶ Νηρῆϊ καὶ Ἰνώῳ Μελικέρτῃ. Νηρῆϊ dubito, an non in Codice quodam inveniatur. In Cod. autem Vaticano Νηρεῖ conſpicitur. Sed Nireo inter marinos Deos nullus locus. Secundo verſiculo Σαμόθρᾳξι membrana Vaticana ſiſtit, quae forma placuit quoque Automedonti, L. II Anthol. 15, 3. Miror autem, Grotium τὸν βύθιον Κρονίδην reddidiſſe Saturnum, cum ſit Marinus Saturnius, ſive *Neptunus;* & procul dubio ita in animo ſcribere habuit virorum maximus. D'ORVILL.

v. 1. Γλαύκῳ &c.) Vid. Anth. 919, *Steph.* 439. In notis *Francof.* L. VI, p. 572, monetur, Λουκιλλίου reponendum pro Λουκιανοῦ. At Drakenb. huius epigrammatis titulo appoſuit, Parthenii eſſe, videndumque Abram. ad Cic. pro Coel. N°. 53. Is autem ad verba Ciceronis, quae occurrunt c. 14, *ex barbatis illis, non hac barbula,* multa de co-

ma barbaque Diis consecranda commentatus p. 435 ed. Cic. Paris. ait: *Hos versus Luciano vulgo attributos, arbitror esse Parthenii, quo Grammatico Virgilius usus est; primus enim nomine citatur a Macrobio L. V Sat. c. 17.* REITZ.

v. 2. Βυθίῳ Κρονίδῃ) Neptuno Saturni filio, maris Deo, addunt notae *Francof.* ed. Et Σαμόθρηξι θεοῖς, exponunt, *Cabiris.* Horum meminit Herodotus in Euterpe, Varro libro de L. Lat. IV, Pausanias in Boeoticis, & Apollonii primo Argonaut. Scholiastes: τὰς τελετὰς λέγει τὰς ἐν Σαμοθράκῃ ἀγομένας· ἃς εἴ τις μυηθείη, ἐν τοῖς κατὰ θάλασσαν χειμῶσι διασώζεται· quae exscribere non sum veritus. REITZ.

v. 3. Ὧδε κέκαρμαι τὰς τρίχας) Artemidorus Oneirocr. *a.* ναυαγήσαντες μὲν ἢ ἐκ μεγάλης σωθέντες νόσου ξηρῶνται οἱ ἄνθρωποι, legas ibid. (sed ξυρῶνται a ξυράω *rado*, non ξηρῶνται ibi legendum, res ipsa clamat). Lucian. περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων· καθάπερ ναυαγίαν τινὰ, καὶ σωτηρίαν παράλογον διηγουμένων, οἷοί εἰσιν οἱ πρὸς τοῖς ἱεροῖς ἐξυρημένοι. Idem in Hermotimo apertius circa finem. Iuvenal. Sat. 12: — *ibi vertice raso Garrula securi narrare pericula nautae.* REITZ.

Sequebatur in edd. Luciani *P. S.* & *Amst.* totum primum Eidyllium Moschi, Ἁ Κύπρις &c. quod cum nullo iure huc irrepserit, removimus.

IN EPIGRAMMATA OMISSA.

I. *v.* 1. Ἐν πᾶσιν) In *Wech.* additur hoc Schol. Διαβάλλει τοὺς ἐν συμποσίῳ ὑποκρινομένους, καὶ τὸ Ἰσοκράτους ὑπόμνημα παραβαίνοντας, πρὸς δὲ καὶ ἀντιθέους μηδὲν ἔχειν τὸ συμπόσιον ἡδονὴν λέγοντος ἄνευ ὁμιλίας· ὥσπερ καὶ πλοῦτον ἄνευ ἀρετῆς. Οἱ οὖν τοιοῦτοι βουλόμενοι δοκεῖν δεινοὶ καὶ σοφοὶ τοῖς συμπόταις μόνοι μεθύειν δοκοῦσιν, ὥσπερ καὶ ὁ Ἀκίνδυνος. μέθη δέ ἐστιν ἀκράτου χρῆσις σφοδροτάτη· παροιμία δὲ ἡ ἐκ τῆς χρήσεως ἀκοσμία· κραιπάλη δὲ ἡ ἐπὶ τῇ μέθῃ ἀηδεία καὶ δυσαρέστησις, ἀπὸ τοῦ κάρα πάλλειν ὠνομασμένη. (Pro ἀντιθέους I. I. Wetst. coniicit leg. Ἀντισθένους.)

Ἐν πᾶσιν) Luciano asserit Cod. Vat. in quo vitiose pro ἔδοξε scribitur ἤθελε. D'ORVILL.

Εἰ πᾶσι μεθύουσιν) Legendum & corrigendum est ἐν πᾶσιν. Praepostera est eius sapientia & sobrietas, qui ceteris

compotationi indulgentibus, ſolus ſobrietatem colit, nec ei in mentem venit veteris proverbii, *aut bibendum, aut abeundum eſſe.* Itaque merito tales hic damnantur ſtultitiae. Quod ipſum Theognis quoque ſtultum & ineptum factu iudicavit, ita ſcribens: Αἰσχρόν τοι μεθύοντα παρ' ἀνδράσι νήφους εἶναι, Αἰσχρὸν δ' εἰ νήφων παρ' μεθύουσι μένει. OBSOP. (Ἐν edd. noſtrae iam recte habebant.) In edd. Theognidis legitur verſ. 1, νήφουσ' cum apoſtropho; & recte, pro νήφουσι. In 2, μένῃ pro μένει. At hoc parvi. Sententia interim Luciani ſatis declaratur ab Obſopoeo. Sed non indiget noſtra iuventus praecepto Theognidis priori, eique, ut pentametro eius potius obſecundet, auctor eſſem. REITZ.

v. 2. Καὶ μεθύειν) Nec loci, nec temporis rationem habens. BROD.

II. *v.* 1. Ἔσβεσε) Eidem imputat Cod. idem. Et pro ψυλλῶν habet ψύλλων, quod eodem redit. D'ORVILL.

III. *v.* 1. Ἦν ἐσίδῃς) Vult omnes calvos eſſe ſtultos, & ceteris hebetiores: quod tamen Syneſius in encomio calvitii docte & ſcite refellit. OBSOP. Eundem auctorem habet, eodem teſte. D'ORVILL.

ibid. Μαδαρὰν) Cuiuſdam nomini parcit poëta: quem ut opinor Therſitae comparat. Homer. Il. B, Τὼ δέ οἱ ὤμω κυρτὼ, ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε. αὐτὰρ ὕπερθε Φοξὸς ἔην κεφαλὴν, ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη. BROD.

IV. *v.* 1. Τὴν κεφαλὴν) Luciani eſt, ſi fidem Cod. Vat. habeamus: nec ſane eo indignum. In edd. tribuitur Lucilio. D'ORVILL.

v. 2. Ἐκτανύσεις ῥυτίδας) Ita inverti, cum ante legeretur ῥυτ. ἐκταν. admonitus a d'Orv. qui adſcripſerat: In ora ed. *Wechl.* γράφεται καὶ, ἐκτανύσεις ῥυτίδας· ita certo reponendum; nam conſtans uſus primam corripit in hoc vocabulo. L. III, p. 232: Ἃς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων ὁ γλυκὺς ἕζετ' ἔρως. Quem verſiculum Athenaeus L. XIII, p. 589, ſcribit πικρὸς ἔπεστιν ἔρως. L. VI, 421, Γηραλέων στυγέει μαρτυρίην ῥυτίδων. L. VI, pag. 430, Καὶ ῥυτιδόφλοιον σῦκον ἐπομφάλιον. L. VII, p. 468, Καὶ χρὼς ἀῤῥυτίδωτος· ἔτ' ἀμβροσίην, ἔτι πειθώ. Vid. Ariſtoph. Plut. v. 1052. Epigrammate ſuperiore dixit τεῖνε παρειήν. Duo Scholia in eadem ed. appoſita, manu Arſenii, Monembaſiae Archiepiſcopi, qui etiam Ariſtobulus dicitur, exarata vidi. Legendum ibi κίσηριν. στρόφιον. ὀπισθοσφενδόνην. ὀπισθοκάλυμμα. ex Cod. Mſ. Confer Pollucem L. VII, c. XXII, § 95. Haec d'Orvill. REITZ.

v. 4. Ὥστε προσωπεῖον) In *Wech.* hoc legas Schol. Πολυδ. ε. κατὰ τὸ λοκρὸν, οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ προσωπεῖον φέρει.

v. 5. Φῦκος) Ὃ καλλωπίζουσι τὴν ὄψιν αἱ γυναῖκες. Καὶ Μένανδρος δὲ διαβάλλων αὐτὰς, φησὶ, νῦν δ' ἀπ' οἴκων τὴν γυναῖκα τὴν σώφρονα οὐ δεῖ τὰς τρίχας ξανθὰς ποιεῖν, καὶ οὐδὲ τὰς παρειὰς φυκοῦν, οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογράφεσθαι. Καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ἐν ταῖς θεσμοφοριαζούσαις ἐπιφέγων τὸν γυναικεῖον κόσμον φησί· μίτρας ἀναδόμεθα, νίτρον καὶ σιδήριον, καὶ κηρινστρόφιον. ὄπισθεν σφενδόνην, ὀπισθοκάλυμμα, φῦκος περιδέρρεα.

V. *v.* 1. Οὐδέποτ') Luciano reſtituendum, iubente Cod. Vat. ex quo malam quoque Planudis manum hic graſſatam fuiſſe conſtat. Primum enim diſtichum ſic legendum:

Οὐδέποτ' εἰς πορθμεῖον ὁ κηλήτης Διόφαντος
Ἐμβαίνει, μέλλων εἰς τὸ πέραν ἀπίναι.

Scilicet non cepit homo vocem ἀπίναι, idemque totum diſtichon corrupit. D'ORVILL. Διόφαντος eſſe hoc Epigr. pro varia lectione adſcriptum in exemplari *Wech.* manu Drakenborchii. In edd. eſt Incerti. REITZ.

v. 4. Σινδόν' ἑπαρ.) Velum faciens & pandens. BROD.

v. 5. Τρίτωνες) In *Fr.* p. 206, additur hoc Scholion: Περὶ τοῦ σχήματος τῶν τριτώνων πολλὰ διηγεῖται Παυσανίας ἐν τοῖς Ἀρκαδικοῖς. μέμνηται δὲ αὐτῶν καὶ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ δ. καὶ Πίνδαρος ἐν Πυθιονίκαις ἐν τῇ εἰς Ἀρκεσίλαον ᾠδῇ. D'Orville autem addit: Hoc Schol. manu Arſenii quoque ſcriptum in quodam libro. REITZ.

VI. *v.* 1. Ὁ γρυπὸς) De naſuto quodam, qui quidem vinum cito ſubodorabatur: interrogatus tamen cuiuſmodi fuiſſet, cito & promte propter naſi longitudinem reſpondere non poterat, quod vini odor vix in tribus horis, idque aeſtivis, ad nares ſe quibat diffundere. Ultimum verſum hic reſtituere non potuimus. OBSOP. Et hoc Epigramma debetur Luciano, ſi Cod. Vat. credimus. Sed miſere adhuc truncatum circumferri, at ſic ſupplendum, ut iam fecimus, docuit I. P. d'Orv. Nempe tres tantum priores verſus comparebant in edd. REITZ.

v. 2. Ταχέως) Propter naſi longitudinem. BROD.

v. 3. Ὥραις — θερειναῖς) Has Vitruvius ſolſtitiales vocat in cancri ſigno & circa ſolſtitium ampliſſimas, ſcil. aeſtivas. Martial. L. XII, *Hora nec aeſtiva eſt.* Hinc quidam Virgilium magnos menſes Iunium & Iulium ibi, *& incipiant magni procedere menſes*, dixiſſe exiſtimant. Aconius Pedianus Quin-

tilem & Sextilem, quia nomina de Imperatoribus Iulio Caesare & Augusto sumserunt, magnos nominatos ab eo credit. Idem Vitruv. brumales horarum brevitates appellat, & Plaut. in Pseudol. hibernam horam pro brevissima, cum angusta lux est, posuit. Cum vero aequalia sunt spatia in Ariete & Libra, aequinoctiales vocantur horae. Lege Manilium L. Astron. III, 32. At cum horas absque adiectione audio, (quomodo loquitur saepe Galenus, *ἰσημερινὰς* minime addens, uti cum tradit *τριταῖον πυρετὸν ἐντὸς τῶν δώδεκα ὡρῶν παύεσθαι*) has ipsas aequinoctiales sumendas reor, id est, partem totius diei vigesimam quartam. Porro horarum originem, quarum tempus cum luce augeri vel decrescere iam contexuimus, narrat Victorinus in Ciceronis rhetor. Vol. I. BROD. *Ἐν τρισὶ γὰρ θεριναῖς ὥραις* cum I. I. Wetstenio malim. REITZ.

VII. *v.* 1. *Ζωγράφε*) Forma pingi, vox pingi non potest. OBSOP. Cod. Var. Lucianum facit auctorem, & exhibet *χρώματι πειθόμενος*· bene, Salmasio consentiente. D'ORVILL. *Τὸ κλέπτειν* & *συλῆσαι* hic respondent Gallico *attraper*, quo & hi de pictoribus formam probe imitantibus utuntur. REITZ.

VIII. *v.* 1. *Θαυμάζειν*) Luciani esse Cod. Vat. indicat, qui exhibet v. 2, *Οὔτε λόγον κοινὸν, οὔτε λογισμόν*. Planudes timuit ultimae syllabae in *κοινόν*. D'ORVILL. In edd. Ammiano tribuitur. REITZ.

ibid. *Ὅπως Βύτος*) Proverbium est *Buthus obambulat*, ad hoc forte nil pertinens. BROD.

IX. *v.* 1. *Θᾶττον ἔην λευκοὺς*) Ab impossibili, negat ullum spectatum & laude dignum oratorem Cappadocem unquam reperiri posse. Suffragatur huius poëtae sententiae & Philostratus L. II de Sophistis, in vita Pausaniae. De cuius pronuntiatione inter cetera haec quoque refert: *πολλὰ δὲ ἀναφέρων τῶν Ἡρώδου πλεονεκτημάτων, καὶ μάλιστα τὸ αὐτοσχεδιάζειν· ἀπήγγειλε δὲ αὐτὰ παχείᾳ τῇ γλώττῃ, καὶ ὡς Καππαδόκαις ξύνηθες, ξυγκρούων μὲν τὰ σύμφωνα τῶν στοιχείων, συστέλλων δὲ τὰ μηκυνόμενα, καὶ μηκύνων τὰ βραχέα. ὅθεν ἐκάλουν αὐτὸν οἱ πολλοὶ μάγειρον, πολυτελῆ ὄψα πονηρῶς ἀρτύοντα*. OBSOP. Et hoc Luciani est, teste eodem libro. Alius Ms. haec duo Epigrammata sine auctore sistit. D'ORVILL.

ibid. *Λευκοὺς κόρακας*) Proverbium est de raris inventu. BROD. At hoc nisi puerile, nihil puerile erit. Addidi tamen,

ut rurſus appareat; male ne fecerim, talia omittens, ubi Obſop. ſimilia dedit. REITZ.

v. 2. Ῥήτορα Καππαδόκην) Rhetorem Cappadocem ſugillat Lucillius, Pauſaniam fortaſſe, cuius vitam perſtringit Philoſtratus, vel Baſilium & Gregorium. Sozomenus, ſimulque Baſilius & Gregorius Cappadoces illius temporis rhetores Chriſtiani. BROD.

X. *v.* 1. Πολλὰς) Luciani eſſe, e Cod. Vat. conſtat, in quo bene ψηφίζων pro ψηφίζει. Pro αἱ verſu 3, αἳ ſcribendum, *quae*, uti in aliis editur. D'ORVILL. Itaque ſic iam edi curavimus. Vincentii Obſop. notam, qua verſionem ſolutam exhibet, rurſus omitto; addit tamen & hanc ligatam:

Vivens ut muli, dum ſumtus praecavet omnes,
Supputat innumeras Artemidorus opes.
Auri ſaepe gerunt ingentia pondera dorſo
Muli: ſed ſiccum non niſi gramen edunt. REITZ.

XI. *v.* 1. Εἰ τὸ τρέφειν) Luciani Epigrammatibus adiungitur in eodem libro, qui non male habet δοκεῖς. Sed ridicule pro εὔστολος exhibet αἰπόλος. Platonis enim nitor in veſtitu uſque ad reprehenſionem celebratus eſt. D'ORVILL.

Εἰ τὸ τρέφειν) Morus:

Si promiſſa facit ſapientem barba, quid obſtat,
Barbatus poſſit quin caper eſſe Plato? OBSOP.

v. 2. Καὶ τράγος) Et hircus barbatus Plato eſſe poterit. BROD.

ibid. Εὔστολος) Εὔστολος ornatum ſignificat. OBSOP.

XII. *v.* 1. Τοῦ πωγωνοφόρου) In Cynicum abſtinentem a lupinis & raphanis in convivio, quod virtuti obeſſent, ſed bulbos eſitantem. OBSOP. Noſtrum quoque parentem habet ſecundum teſtem ſaepe productum. In Cod. alio ἄδηλον vocatur. Vſ. 2 Vat. habet εἴδωμεν & σοφίαν. Sed illud vitioſum, licet & in alio Codice; hoc leve. D'ORVILL.

ibid. Βακτροπροσαίτου) Cum baculo mendicantis. BROD.

v. 3. Θέρμων) A lupinis abſtinebat. Γαστρὶ, ventri, gulae. Χιονώδεα, album. BROD.

v. 5. Βολβὸν) Bulbum, Venerem ſtimulantem. BROD. Hic, & vſ. 8, maioris momenti occurrit varietas: ubi enim nunc legitur (procul dubio interpolatore Planude) βολβὸν, reponendum eſt βόλβαν. Vox ex Latinitate in Graeciam translata eſt: apud Romanos enim *ſuilla vulva*, *Volva*, βόλβα. In primis deliciis fuiſſe, illud Horatii probat Ep. I, 15, 41:

Nil melius turdo, nil vulva pulchrius ampla. Et ſic emendavit dudum magnus Salmaſius, paene puer, ut ait ad Ael. Lamprid. Ant. Heliogabalum c. 21. Ipſum audi: *Vide, lector, & ride ſimul patientiam eruditorum interpretum, qui hactenus tam bono ſtomacho fuere, ut concoquerent illum βολβὸν, cum adiecto generis ſequioris (βολβὸν στρυφνήν). Tanti non erat bulbus, ut omiſſis lupinis & rapulis repente ad illius occurſum aſſurgeret cynicus ille φρονηματίας, & repente gulam ſuam proderet. At vulva ſane tanti, quam in delicatiſſimis cibis poſuere veteres gulones.* Neceſſe autem fuit, cum haec ſcriberet Salmaſius, ut ipſi non ad manus fuerit collatio Codicis Heidelbergenſis; alioquin enim coniecturam auctoritate membranae huius ſuffulſiſſet, quod inde quoque fit probabilius, quia ſcribit: Epigramma eſt Palladae, ne quis miretur Graecum ſcriptorem in verſu Latinam vocem poſuiſſe. At Luciano idem Heidelbergenſis, poſtea in Vaticanum ablatus, Codex vindicat; nec magis incongruum, ut Lucianus voce Latina uſus fuerit, cum apud alios ſcriptores voces tot Latinae, neceſſitate & uſu cogente, occurrant. In Hakkiana autem Aug. Hiſt. Scriptorum editione male vſ. ultimo publicatum βόλβας pro βόλβαν. Quamvis vero haec ſcriptura omnino ſe probare poſſit, neſcio qui ſcrupulus haeret, quod illa βόλβα, illa *vulva* ornetur epitheto στρυφνὴ, *auſtera, adſtringens.* Quod an laudatum ſit in *vulva ſuilla*, dubito. In bulbis inerat ſaporis acrimonia. Praeterea aliquid hic latere ſuſpicor, quia non ſolum in Cod. Vaticano, verum & in aliis deſideretur vocula οὐ poſt στρυφνήν. Quid quod θέρμων & ῥαφανίδων comes non ineptus ſit *bulbus.* Quin ita Stoici occulta libido taxari poſſet videri, cum bulbi ad Venerem incitandam faciant. Sed haec accuratiore indagine indigent. D'ORVILL. Si *bulbi* nomen retineas, non ſatisfactum erit difficultati generis, cur femininum ſcil. fiat, quod hic tamen in στρυφνὸν mutare non licet; etſi mox τὸ ον in πινυτὸν ob caeſuram producitur. Nec στρυφνὴ rurſus aptum eſt *vulvae* epitheton, niſi *denſam* exponere liceat, quod non credo. Quare ἐπέχω. REITZ.

v. 6. Στρυφνὴν) Marg. *Wech.* στερεὴν, ἰσχυρὴν, αὐστηρὴν, πυκνήν. Drakenborch. in eod. marg. bene monuerat adeundum Salmaſ. ad Lamprid. Elagab. c. 22. REITZ.

Στρυφνὴν) Στρυφνὴν νόον rigidum, acerbum. BROD. Vix credo bene typis expreſſa haec Brodaei verba in ed. *Wech.* Qui enim potuit haec iungere? An ergo non ſcivit τὸν

νοῦν masculinum esse? REITZ. Lego στρυφνόν τ'. Athenaeus II, p. 64 B. βόλβοι λευκοί. E. βόλβος πικρός. WETST.

ibid Ἔκλεπτε νόον) Occultavit animum: non potuit amplius dissimulare suam hypocrisin. OBSOP. Immo οὐκ ἔκλεπτε non occultavit amplius, connectendum. Qui enim, quaeso, cohaeret? occultavit, i. e. aperuit, s. non dissimulavit. REITZ.

XIII. *v.* 1. Μισόπτωχε θεὰ) Podagra. BROD. In Vaticana membrana auctor Lucianus comparet, qui toto poëmate podagricos defricuit. D'ORVILL.

v. 3. Ἀλλοτρίοις — ποσὶ) A servis vecta, aut eis ambulando insistens, aut utrinque sustinentibus pendens. BROD.

v. 4. Ὁπλοφορεῖν) Baculos ferunt podagrici, quibus sustentantur. Lucian. Tragop. Ὦ τρίτου ποδὸς μοῖραν λελογχὸς βάκτρου. Quidam ὁπλοφορεῖν ἀντὶ τοῦ ὁπλαφορεῖσθαι enarrant. BROD.

v. 5. Αὐσονίου) Italici. BROD.

v. 7. Τοὔνεκα καὶ) Sic exaratur Romae: Τοὔνεκα νῦν φεύγεις πενίης τὸν ἀχάλκεον οὐδόν· quae scriptura merito arrisit Salmasio. Ἀχαλκεῖν & ἄχαλκος dicitur de pauperibus, de carentibus aere, numis. Eleganter igitur paupertatis limen vocatur ἀχάλκεον, non ex aere factum; cum alioquin aerati postes memorentur, aliaque domus partes apud divites hoc ex metallo fieri non insolitum esset. Simul Homero saepe celebratus χάλκεος οὐδὸς respicitur. D'ORVILL.

ibid. Πενίης — οὐδὸν) Podagram hodie divitum morbum vulgus quoque nostrum appellat: qua tamen eorum divitiae domantur, cum, quibus abundent, frui nequeunt. BROD.

v. 8. Τέρπῃ δ' εἰς) In Cod. primario τέρπῃ δ' ἄν τι πλούτου. In alio Codice η in τέρπῃ in rasura cubat. Εἰς πλούτου corruptum videtur. Sed varia illa lectio parum iuvat, nisi quod indicet ulcus. An legendum: Τέρπῃ δ' εὐπλούτου εἰς πόδας ἐρχομένη; In collatione quadam habetur: Γρ. πρόποδες. At qui πρόποδες vel sensui vel metro congruant, non perspicio. Sequens Epigramma Εἰς τὸ κενὸν — (quod supra iam exhibuimus) in prima ed. male cum hoc coaluit. D'ORVILL.

ibid. Εἰς πλούτου) Ἐν τῷ τοῦ πλούτου, οἴκῳ subaudi. Ἐρχομένη πρὸς πόδας ἐκείνου τοῦ πλούτου. Aut sic: τέρπῃ δ' εἰσερχομένη πλούτου (locupletis cuiusdam) πρὸς πόδας, quos dolore infestas. BROD. Verum propemodum vidit ille, & simplex expositio τέρπῃ ἐρχομένη εἰς πλούτου (scil. οἶκον, quod ita

frequenter omitti, non ſemel in Luciano vidimus) πρὸς πόδας ſcil. αὐτοῦ, mihi nihil difficultatis relinquere videtur. Πλούτου autem pro πλουσίου luſus eſt haud inficetus. Obſop. hic multis narrat, quomodo divites podagram commereantur, & ad Nic. Gerbelli fabulam de podagra & aranea remittens, ὁπλοφορεῖν ſignificare putat, quod podagrici ſemper ſint in armis, i. e. rixae & iracundiae pleni, indigne ferentes vel muſcam praetervolantem pedibus inſidere. Ego ad baculum podagricorum tantum reſpici crediderim, quo ſemper utentes, eodem etiam minantur irati. REITZ.

ibid. Πρὸς πόδας) In *Wech.* hoc Scholion legas: Ποδάγραν λέγει. οἱ γὰρ πλούσιοι ὑπὸ τρυφῆς καὶ ἀσελγείας ποδαγρῶσι. καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Πλούτῳ. παρ' αὐτῷ μὲν γὰρ ποδαγρῶντες καὶ γαστρώδεις, καὶ παχύκνημοι, καὶ πίονές εἰσιν ἀσελγῶς. REITZ.

VARIAE LECTIONES

MSS. PARISIENSIUM

VARIAE LECTIONES

MSS. PARISIENSIUM.

ABSOLUTO textu Lucianeo, in eumque virorum doctiſſimorum commentariis, placet hoc loco ſubiungere varias lectiones MSS. Pariſienſium, a clariſſimo Belino de Ballu collatorum; partim notis, noviſſimae Luciani verſioni Franco-Gallicae, ab eodem Belino factae [1], ſubiectis, inſertas, indeque a nobis excerptas, partim ſeparato volumine ad calcem eiuſdem adiectas. Sunt autem MSti hi numero ſex:

Cod. I. (N°. 1428) ſec. XIV. Fuit olim *Huralti Boiſtalleri.* Inſunt: 1) *Dialogi Deorum.* 2) *Somnium* ſ. *Gallus.* 3) *Timon.* 4) *Phalaris prior. Phalaris alter.* 5) *Hippias* ſ. *Balneum.* 6) *Charon* ſ. *Contemplantes.* 7) *Prometheus* ſ. *Caucaſus.* 8) *Menippus* ſ. *Necyomantia.*

Cod. II. (N°. 2954) e duobus conſtans MStis a diverſa manu profectis, quorum quidem prius videtur ſec. XIV; poſterius autem, idque praeſtantioris notae, ſec. XIII. Continentur hoc Codice omnia Luciani opuſcula, excepto *Philopatri.* Inſunt & Scholia, editis partim pleniora, partim adhuc inedita.

Cod. III. (N°. 2955) optimae notae, ex bibliotheca Colbertina in Regiam translatus. Complectitur hoſce Luciani libellos: *Iovem Tragoedum*, *Icaromenippum*, *Sympoſium*, *Gallum* & *Hippiam.* Scriptus eſt ſec. XIII.

1 *Oeuvres de Lucien, traduites du Grec, d'après une copie vérifiée & revue ſur ſix Manuſcrits de la Bibliotheque du Roi; avec des Notes hiſtoriques & littéraires, & des Remarques critiques ſur le texte de cet Auteur. A Paris, chés Iean François Baſtien. 1788 & 1789.* VI voll. 8.

Cod. IV. (N°. 2956) cuius prior pars, quamvis recentioris aevi, quippe sec. XV exarata, insignis tamen est lectionis bonitate, videturque ex vetustissimo exemplari derivata. Insunt ei: *Tragopodagra*, *Ocypus*, *Dialogi meretricii*, *Dialogi Deorum*, *Dialogi marini*, & *Dialogi mortuorum*. — Altera parte continentur: *Amores*, *Lucius* s. *Asinus*, *De mercede conductis*, *Toxaris*, *Quomodo historia conscribenda sit*, *Tyrannicida*, *Abdicatus*, *Pro imaginibus*, *Deorum concilium*, *Demosthenis encomium*. Sed haec omnia admodum mendose exarata sunt manu imperiti librarii, qui vixit sec. XIV.

Cod. V. (N°. 2957) sec. XVI, elegantissime scriptus, omnia fere habet Luciani opuscula. Parum ex hoc Codice se profecisse, neque adeo eum integrum se contulisse, fatetur Belinus.

Cod. VI. (N°. 3011) sec. XIII, paucis exceptis omnia Luciani opera continens. Permultae in eo reperiuntur praeclarae lectiones, quibus ceterorum Codicum varietas subinde confirmatur.

Quid, quantumve boni, suscepta hac collatione, in Lucianum contulerit vir doctissimus, non est quod moneamus. Non pauca loca, quae non nisi mutilata adhuc legebantur, integriora in his MStis habentur; alia vel corrupta emendantur, vel interpolata a librariis, nativo suo nitori restituuntur; multae tandem lectiones in illis exhibentur, vulgatis omnino praestantiores. Atque utinam licuisset nobis lectionis ista varietate ad adornandam universam nostram Luciani editionem uti, diversum ab eo, quod initio ceperamus, sane tum consilium inituris! Sed tria priora editionis nostrae volumina typis iam exscripta erant, cum in manus nostras veniret Belini interpretatio, impressa quidem, ut titulus indicat, an. 1788 & 89, at an. 1790 demum, ut videtur, publici iuris facta. Interim quam opem universo operi inde tribuere haud potuimus, eam illius certe parti, eique non minimae, adferre religioni fuit. A quarto igitur editionis nostrae volumine exorsi, quaecunque inter illas Codicum lectiones prae vulgatis maxime se nobis probarent, eas inter corrigenda specimina in contextum recepimus, reddita de singulis ratione in Annotationibus. Neque vero diffitemur, pluribus locis, eorundem auctoritate librorum, medicinam a nobis adhiberi po-

tuisse; sed id propositum fuit, ut nihil mutaremus, nisi ubi vel vulgata lectio aperte corrupta esset, vel sensus aliquid lucraretur, vel oratio tersissimi auctoris, admissa nova lectione, eaque extra controversiam posita, rotundior prodiret. Si quo loco dubii haereremus, quaenam inter discrepantes lectiones praeferenda esset, in vulgata acquiescere, optionemque sagacioribus permittere maluimus; suntque, de quibus, ad linguae Graecae rationes pertinentibus, adhuc non omnino consentiant viri docti. Atqui verendum erat, ne mutationis libidini nimium indulgentes, arrogantiores videremur in refingendo libri textu, cuius titulus aliorum editorum nomina praefert. Adhibuimus vero etiam in consilium ed. Salmuriensem & Basileensem nobis quartam: quarum illam negligentius a Reitzio collatam fuisse, statim experientia docuit; haec nulli adhuc editorum innotuit. Profuit haec opera & ad id, ut textus noster emendatior prodiret, sublatis a nobis erroribus typographicis, quos haud paucos eosque graviores offert Reitziana editio. Subinde etiam contigit, ut earundem editionum ope interpunctionem in melius dirigeremus. Utriusque libri diversas lectiones, tum a Reitzio neglectas, tum novas a nobis inventas, lectionis varietati, singulis voluminibus annexae, suis quasque locis inseruimus. Belini Collationem integram in hunc locum servare visum est, missa tamen Scholiorum ea parte, cuius copiam in Annotationibus iam fecimus. De singulis autem lectionibus quid senserit vir doctissimus, plerumque adscribere non gravati sumus, interdum & ipsi qualecunque nostrum iudicium interposuimus, iusta tamen brevitate adhibita: quippe modus erat tenendus, ut locus relinqueretur Indicibus, qui volumen hoc claudent.

In Somnium.

Pag. 3. *c.* 1. *l.* 2. Ἤδη τὴν ἡλικίαν πρόσηβος ὢν) Belinus Lucianum scripsisse putat πρωθήβης ὤν· uti Dial. mort. V fin. ἀντὶ γέροντος αὖθις πρωθήβης γενόμενος.

Pag. 5. *l.* 2. Φύσεώς γε — ἔχων δεξιῶς) MS. 2957: ἔχων δεξιᾶς.

ead. l. 7. Εἰς τὴν εὐφυΐαν) Idem: ἐς τὴν εὐφ. Attice.

Pag. 7. *l.* 3. Φιλικόων ἀκροατῶν) MS. 2954: φιλικόων ἀνδρῶν.

Pag. 17. *l.* 5. Καὶ πρὸς τὰ ἥττω) Idem: καὶ πρὸς τὴν ἥττω, int. ὁδόν. Perinde sit.

In Prometheum.

Pag. 23. *l.* 2. Θαυμάζωσι) MS. 2954: θαυμάζουσι. Sic & ed. Baſ. 4.

Pag. 24. *l.* 12. Ψυλλῶν πηδήματα) Belinus coni. ὑποδήματα. Conf. Ariſtoph. Νεφ. v. 150 ſq.

In Nigrinum.

Pag. 26. *l.* 6. Εἴ τις ἐκεῖ κομίζει) MS. 2954: κομίζοι, probante Belino.

Pag. 28. *l.* 14. Οἶδα τούτων ἕκαστα) Idem: ἕκαστον.

Pag. 29. *l.* 8. Καὶ σφαῖρα καλάμου) In eodem interpretationis cauſa ſupra ſcriptum: ἢ ἀπὸ καλάμου.

ead. l. 14. Ὦ ἑταῖρε, περὶ τούτων) Idem: ὦ ἑταῖρε, καὶ περὶ τούτων.

Pag. 31. *l.* 13. Ἔνθεος) Idem: ἔνθους, per contractionem.

Pag. 37. *l.* 14. Ἀλλ' εἰ καί τις ἀφίκηται) Belinus vult ἀφίκοιτο· vel legendum, ἀλλ' ἢν καί τις ἀφίκηται.

Pag. 40. *l.* 14. Ταύτῃ μόνῃ λατρεύειν) MS. 2954: δουλεύειν, quod interpretamentum puta.

Pag. 43. *l.* 15. Καὶ τῶν τῆς τύχης ἀγαθῶν καταφρονεῖν) Idem: καὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἀγ. καταφρονεῖν· & in margine, μὴ καταφρονεῖν. Minus bene.

Pag. 45. *l.* 3. Καὶ πόῤῥωθεν τὴν ψυχὴν ταπεινώσαντα) Cum πόῤῥωθεν proxime antecedat, neque ſenſum commodum h. l. fundat, Belinus pro eo iubet reſcribi πάντοθεν.

Pag. 46. *l.* 7. Τὸ καινότατον) Belinus malit: δεινότατον. Sed mutatione non opus.

Pag. 47. *l.* 9. Ἐπιτειχίσαντα) MS. 2954: ἐπιτειχίσαντες. Unde cum Solano legas ἐπιτειχίσαντας.

Pag. 48. *l.* 7. Τίνι τῶν κολάκων εἰκάσομεν;) Idem: τίνι τῶν καλῶν εἰκ. Quam lectionem, ut veriſſimam, amplectitur Belinus. Conf. Quom. Hiſt. cap. 4: τίνι τῶν καλῶν ἔοικεν;

Pag. 50. *l.* 1. Νόμῳ δὲ καὶ διαδοχῇ τὴν χρῆσιν) Idem Cod. eraſa vetere ſcriptura, pro τὴν χρῆσιν vitioſe habet τὸ χρήσιμον.

ead. l. ult. Τοῦτο μὲν δεῖν) Idem ante δεῖν addit οὖν· quod placet Belino.

Pag. 52. *l.* 9. Προήχθην) Idem προήχθη. Vulgatum rectius.

ead. l. 15. Εἰκάζειν οὖν ἠξίου) Vorstii hanc emendationem, ab Hemsterhusio receptam, confirmat MS. 2954.

Pag. 53. *l.* 13. Ἐκάλει τὸ τοιοῦτο) Idem MS. τὸ τοιοῦτον, Attice.

Pag. 54. *l.* 11. Ὑπέφαινε) Ἀπέφαινε legit Belinus cum marg. *A.* 1 *W.*

ead. l. 12. Εἵνεκα) MS. 2954: εἶναι, mendose.

Pag. 58. *l.* 1. Ἐπ' ἰσχυρᾶς) Idem: ἀπ' ἰσχυρᾶς, uti iam voluerat Hemsterhusius.

ead. l. 7. Καθάπερ τὰ Σκυθῶν χρίεται) Conf. omnino ad h. l. Aristot. de mir. Ausc. c. 153.

Pag. 60. *l.* 4. Οὐκοῦν καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἐρᾷν ὁμολογεῖς) In hac lect. quamvis corrupta, conspirant MSS. Regg. Lennep ad Phalaridis Epp. T. I, p. 36, col. 2, pro ἐρᾷν legit οἰστρᾷν.

In Iudicium vocalium.

Pag. 62. *l.* 10. Τάξεως εἰς ἀλλοτρίαν) MS. 2954: τάξεως ἐς ἀλλοτρ. & mox l. 14 ἐς τοσοῦτον.

Pag. 63. *l.* 6. Κεφαλαλγίας) Idem: κεφαλαργίας, Attice.

Pag. 64. *l.* 9. Ἡμιφώνοις δὲ τὴν ἐφεξῆς) Idem: ἡμιφώνοις δὲ τοῖς ἐφεξῆς. Male.

Pag. 65. *l.* 1. Ἐτόλμησεν ἀδικεῖν με πλείω τῶν πώποτε βιασάμενον) Idem: βιασαμένων, quod praeplacet Belino.

Pag. 67. *l.* 5. Πᾶσαν ἀποκέκλεικέ μοι τὴν θάλασσαν) Idem: ἀποκεκλεισμένον τὴν θάλατταν.

Pag. 69. *l.* 14. Ὦ καὶ γῆν καὶ θάλασσαν) Idem: καὶ θάλατταν.

In Timonem.

Pag. 72. *l.* 1. Τὸ δὲ ἀοίδιμόν σου) MS. 2954: τὸ δὲ ἀοίδιμόν σοι, tertio casu pro secundo; de quo schemate vid. Belin. ad Oppian. T. I, p. 263.

ead. l. 9. Ἀναπληθήσονται τῆς ἀσβόλου) MS. 1428: τῆς ἀσβόλης. Sed vid. Moer. Atticist. pag. 11.

ead. l. 11. Οὐ πάνυ τοι ἀπίθανος) MS. 2957: οὐ πάντη ἀπίθ. quod minime spernit Belin.

ead. l. 13. Ὑπὸ μανδραγόρα) MS. 1428: ὑπὸ μανδραγόρᾳ.

ead. l. 15. Λημᾷς δὲ) Idem: λημᾷς γάρ· & mox γινόμενα pro γιγνόμενα.

Pag. 74. *l.* 9. Ἐπιβεβλήκασι) Idem: *ἀποβεβλήκασι*, mendose.

Pag. 75. *l.* 4. Ἢ *πότε κολάσεις*) Idem: *ἢ πότε κολάσῃ.*

ead. l. 9. Ἐς *εὐεργεσίαν τῶν φίλων ἐκχέας*) Idem: *εἰσχέας.*

ead. l. 11. Οὐκ *ἔτι γνωρίζομαι*) Suspicamur excidisse operarum peccato in ed. Hemst. *οὐδὲ* ante *γνωρίζομαι*· certe edd. quas vidimus, (ut *Bas.* 2. & 4. *Salm.* ed. Tim. Lugd. B. 1652.) illud habent. MSS. 1428 & 2957 etiam exhibent *οὐκ ἔτι οὐδὲ γνωρ.*

Pag. 79. *l.* 11. Ἐπεὶ *καὶ ὅμοια ποιήσομεν*) Belinus malit *ποιήσοιμεν.*

ead. l. 12. Ἐπιλελησμένοι) MS. 1428: *ἐπιλελησμένοις.*

ead. l. 14. Ἐν *ταῖς ῥισὶ*) Idem: *ἐν τοῖς*, mendose.

ead. l. 15. Ἔχω) Idem: *ἔχων.*

Pag. 80. *l.* 13. Ἄπιθι *παρ' αὐτὸν*) Idem: *πρὸς αὐτόν.*

Pag. 81. *l.* 11. Συνετρίβη *περὶ τῇ πέτρᾳ*) Omnino revocanda videtur Belino editionum ante Hemst. lectio *παρὰ τὴν πέτραν.* De *περὶ* cum casu tertio videndus Viger. de Idiot. p. 587 ed. Hoogeveen. 1766.

ead. l. 12. Εἰ *ὑπερπλουτοῦντα τὸν Τίμωνα ὁρῶσιν*) Exquisitiõr est MSti 1428 lectio: *ὑπερπλουτοῦντα. τὸν Τίμωνα ὁρῶσι.* — Τὸ *εἰ* forte a Scholiaste profectum.

Pag. 82. *l.* 10. Ὅτι *νὴ Δία ὕβριζεν εἰς ἐμὲ — καὶ εἰς πολλὰ κατεμ.*) MS. modo laudatum: — *ἐς ἐμὲ — καὶ ἐς πολλὰ* &c.

ead. l. 12. Δικράνοις) Idem: *δικράνης*, mendose.

Pag. 84. *l.* 1. Καὶ *σημείων ἐπιβολαῖς*) Idem: *ἐπιβολῇ.*

ead. l. 5. Συλλογισμῶν) Idem: *λογισμῶν.*

ead. l. 8. Ἢ *σιδηρῷ θαλάμῳ*) Idem ante *θαλάμῳ* insertum habet art. *τῷ*, qua additione non opus.

ead. l. 12. Εἰς *ὑπερβολὴν*) Idem: *ἐς ὑπερβολήν.*

ead. l. 14. Ἀλλὰ *φυλάττειν*) Idem: *ἀλλὰ καὶ φυλάττων.*

Pag. 85. *l.* 6. Ἢ *παιδότριψ ὑπεισιὼν*) Idem: *ὑπεισελθὼν*, quod glossam redolet.

ead. l. 10. Πῶς *οὖν οὐκ ἄδικον, πάλαι μέν σου ταῦτα αἰτιᾶσθαι, νῦν δὲ τῷ Τίμωνι τὰ ἐναντία ἐπικαλεῖν*) Loco corrupto succurrit MS. 2957, legendo: *πῶς οὖν οὐκ ἄδικα ταῦτά σου, πάλαι μὲν ἐκεῖνα αἰτιᾶσθαι, νῶν δὲ τῷ Τίμωνι ἐναντία ἐπικαλεῖν*;

Pag. 86. *l.* 3. Εἰς *τὸ φῶς*) MS. 1428: *ἐς τὸ φῶς.*

ead. l. 5. Οὐδὲν *ἀδικοῦντά με*) Idem: *καὶ οὐδὲν ἀδικοῦντά με.* Haud male.

Pag. 87. *l.* 1. Μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἀπάγοι) Idem: ἀπάγων, mendoſe.

Pag. 89. *l.* 2. Τοῦ κύτους μὴ στέγοντος) Idem: τοῦ κύματος μὴ στέγ.

ead. l. 6. Εἰ μὴ ἐμφράξηται) Idem: ἐμφράξεται.

ead. l. 7. Καὶ εἰς τὸ ἄπαξ) MSS. 1428 & 2957: καὶ ἐς τὸ ἅπαξ.

Pag. 90. *l.* 3. Ὡς μόλις) MS. 1428: ὡς μόγις.

ead. l. 9. Ἐγὼ δὲ καὶ πολλοὺς) Idem: ἐγὼ δέ τοι πολλούς. Et ſic ſcripſiſſe Lucianum cenſet Belinus.

Pag. 92. *l.* 1. Τετριγότες) Idem: τετρυγότες, male.

ead. l. 10. Μεγάβυζος) Idem: Μεγάβυζης.

ead. l. 12. Τῶν ἐν σώματι καλῶν) Reſtituendus art. τῷ ante σώματι auctoritate eorundem MSS.

Pag. 88. *l.* 3. Ὡς ἐλεεινότερον φανείη) Φανοίη malit Belinus, forma Attica, de qua vid. Moeris Atticiſt. p. 326, ibique Pierſon.

ead. l. 6. Ἐπικλασθεῖσα πρὸς αὐτὸ) MS. 2955: πρὸς αὐτόν.

ead. l. 8. Τοιαῦτα ὁ Μασσαλιώτης) MS. 3011: τοσαῦτα.

ead. l. ult. Τὴν Κυνικὴν ἄσκησιν) Eleganter MS. 2955: τὴν ἄσκησιν τὴν Κυνικήν.

Pag. 89. *l.* 4. Ἦκουε γὰρ) Idem: ἤκουσε γάρ.

ead. l. 7. Ἀναπεπλεύκει) MS. 3011: ἀνεπεπλεύκει.

ead. l. 12. Συνεισῆλθε) Idem: συνῆλθε, minus bene.

ead. l. 14. Κηρύκιον) MS. 2955: κρίκιον.

Pag. 90. *l.* 8. Τὸ Ἀνουβείδιον) Idem: Ἀνουβίδιον.

ead. l. ult. Εἰ δ' ἀπολογοῖτο) Idem: ἀπολογεῖτο.

Pag. 91. *l.* 9. Καὶ ἑστενοχωρημένων) MSS. 2954 & 3011: καὶ στενοχωρουμένων.

ead. l. 11. Οἵῳ ἀνδρὶ) Leg. cum MS. 2955: οἷα ἀνδρί.

Pag. 92. *l.* 11. Ἀπαγαγὼν) Idem & MS. 3011: ἀπάγων.

Pag. 93. *l.* 7. Εἶτ' ἐπανελθὼν ἐκ τοῦ ἔργου) Poſt ἐπανελθὼν inſertum habent ἂν iidem MSS. ſine ſenſu.

ead. l. 9. Τὸ λοιπὸν δὲ) MS. 2955: τὸ λοιπὸν ἡμέρας.

ead. l. 12. Ἐπεὶ δὲ νὺξ καταλάβοι) Κατέλαβε corr. Belinus.

Pag. 94. *l.* 3. Ἐς τὸ οἴκημα τῶν λελυμένων) MS. 3011: ἐς τὸ οἴκημα οὐδὲ εἷς τῶν λεγομένων, male.

ead. l. 5. Ὡς εἴη κεκοινωνηκὼς) Ὡς ἔστι κεκοινωνηκὼς Belinus emendatum vult.

ead. l. 9. Παρὰ αὐτοῦ πλησίον) MS. 2955: παρ' αὐτοῦ.

ead. l. 14. Καθευδήσει) MS. 3011: καθευδήσῃ, bene, propter antecedens ὅπως. Sed & ſic paulo poſt legendum ἀνιάσηται.

ead. l. ult. Εὐπορήσας) Idem: εὐπόρησε, minus bene.

Pag. 95. *l.* 3. Διειρομένων) Idem: διειργομένων.

ead. l. 14. Καὶ δεινὰ ἐποίει) Ἐποιεῖτο legit Valkenar. ad Herodot. p. 276.

Pag. 96. *l.* 15. Προδιεβεβλήκεις) MS. 3011: προβεβλήκεις. MS. 2955: διεβεβλήκεις.

Pag. 97. *l.* 1. Ὑπὲρ αὐτοῦ) Rectius fit ὑπὲρ αὑτοῦ.

ead. l. 9. Ὅπως μὴ χείρους ἐρεῖς) MS. 3011: ἐρῇς.

ead. l. 14. Ῥήτωρ φαινόμενος) Idem: ῥήτωρ γενόμενος.

Pag. 98. *l.* 3. Ὑπερφθέγγηται) MS. 2955: ὑπερφθέγγεται.

ead. l. 13. Ἀλλὰ εἰκότως τὰ μικρὰ ταῦτα ἐπαινεῖτε) Dedimus lectionem edd. *Salm.* & *Baſ.* 4. quibuſcum conſentiunt MSS. 2955 & 3011. Vulg. ἐπαινεῖται.

ead. l. ult. Ὥσπερ — μάθοις) Legendum, Belino iubente, μάθοις ἄν.

Pag. 99. *l.* 14. Διαμαρτάνοιμεν) Belinus malit: διαμαρτάνωμεν.

Pag. 100. *l.* 3. Ἐνσταλάξωμεν — πίωμεν) Ἐνεσταλάξαμεν & πίομεν l. πίνομεν reſcribit idem vir doctus.

Pag. 101. *l.* 2. Οὐδένα θεῶν ἐπωμόσω) MS. 3011: οὐδένα τῶν θεῶν, probante Belino.

ead. l. 5. Ὁπόταν οὖν τὸν Ἄνεμον) MSS. 2955 & 3011: ὁπόταν τοίνυν τὸν Ἄνεμον.

ead. l. 6. Ὀμνύομεν) MS. 3011: ὀμνύωμεν.

ead. l. 15. Ὑποκρούων μεταξὺ) MS. 2955: ὑποκρούων καὶ μεταξύ, male.

Pag. 102. *l.* 5. Αἷμα συνεπεπώκεσαν) Idem: συνεπεπώκεισαν, minus Attice.

ead. l. 8. Ἐπιπεσόντες) Idem & MS. 3011: ἐπεισπεσόντες, melius.

Pag. 103. *l.* 6. Τῆς κύλικος καὶ τοῦ αἵματος) MS. 3011: τοῦ αἵματος καὶ τῆς κύλικος.

ead. l. 10. Ὁ δὲ ἐβόα τὸν Ζίριν) Idem: Ζήριν. MS. 2955: Ζίρυν.

ibid. Οὐκέτι φονεύουσιν αὐτὸν) Iidem: οὐκέτι φονεύεται ὑπ' αὐτῶν. Receptam lect. probant ſqq. ἀλλὰ δέχονται.

ead. l. 16. Ἀποτελέσαι) MS. 2955: ὑποτελέσαι, *ſubminiſtrare*, verius quam vulgatum.

Pag. 104. *l.* 2. Οὐδὲν, ἔφη, δεῖ ὅλως κατέχεσθαί σε) Potior videtur MS. 3011 lectio: ὅλον.

ead. l. 3. Ζίριν) Idem: Ζήρην. MS. 2955: Ζίρυν.

Pag. 106. *l.* 4. Διείρων τοὺς δακτύλους) MS. 3011: διείργων, prave.

Pag. 107. *l.* 2. Ἐν τῷ δείπνῳ) Idem: ἀμφὶ τῷ δείπνῳ.

ead. l. 11. Μαχλυΐνης) Idem: Μαχλυήνης.

Pag. 108. *l.* 1. Ὡς τις — ἔχοι) Leg. ἔχει, ut bene ante se fert MS. 3011.

ead. l. 15. Οἷοι οὐκ ἄλλῳ Σκυθῶν) Idem: οἷοι οὐκ ἄλλοθι Σκυθῶν.

Pag. 109. *l.* 3. Ὡς ἀτιμασθείη — καὶ γελασθείη) Ὡς ἠτιμάσθη — καὶ ἐγελάσθη em. Belinus.

ead. l. 10. Μάχλυϊ) MS. 3011: Μαχλύῃ.

Pag. 114. *l.* 11. Εἰς τὸν νεὼν) Idem: ἐς τὸν νεών.

Pag. 115. *l.* 14. Κατόπιν σοι) Idem: σοι κατόπιν.

Pag. 116. *l. ult.* Εἰ δέ μοι — ἀγοις) Idem: ἀγῃς, male.

Pag. 117. *l.* 5. Ἐτεθεραπεύκει) Idem: ἐθεραπεύκει.

ead. l. 8. Τὰ Μιτραίων ὄρη) Idem: Μητραίων.

ead. l. 12. Τῷ Ἀρσακόμᾳ) Idem: αὐτῷ Ἀρσακόμᾳ.

Pag. 118. *l.* 7. Οὕτω μὲν ὁ Μακέντης) Idem: οὗτος, perperam.

ead. l. 10. Εὐβίοτος ἦρχεν) Idem: ἦλθεν, minus bene.

Pag. 119. *l.* 7. Προεπαφέντες) Idem: προεπαχθέντες.

ead. l. 15. Περιεσχημένοι) Idem: περιϊσχημένοι.

Pag. 121. *l.* 11. Εἰ γοῦν τις ἀπιστοίη) Idem: ἐπισταίη, pessime.

ead. l. 13. Μὴ φθόνος — ἡ ἀπιστία ᾖ) Idem: ἀπιστία εἴη, male.

ead. l. 14. Ἀποτρέψεις) Idem: ἀποῤῥίψεις, vitiose.

Pag. 122. *l.* 15. Ἠγοράζομεν) Idem: ἠγοράσαμεν.

Pag. 123. *l.* 5. Τάπιδας) Idem: δάπιδας.

ead. l. 12. Τοιοῦτον) Sic ibidem. Vulg. τοιοῦτο, minus Attice.

In Lucium sive Asinum.

Pag. 131. *l.* 8. Κἀγὼ ἠρόμην τοὺς Θετταλοὺς) MS. 3011: ἠρόμην τοὺς φίλους.

ead. l. 11. Καὶ ὅπη τῆς πόλεως οἰκεῖ) Reposuimus ὅπη auctoritate eiusdem MS. Vulg. ὅποι.

ead. l. 12. Ἔχει — τρέφει) Vulg. ἔχοι — τρέφει, quod posterius in τρέφοι mutaverat Reitzius. Vid. not.

Pag. 132. *l.* 2. Οἰκίδιον ἀνεκτὸν) MS. 3011: ἀνετὸν, mendose.

ead. l. 6. Προσῆλθεν) MS. 2955: προῆλθεν, minus bene.

ead. l. 8. Γράμματα, εἶπον, νομίζω) MS. 3011: γράμματα ἥκω νομίζων, omisso εἶπον, quo tamen carere non

possumus. Leg. γράμματα, εἶπον, ἥκω κομίζων, forma Attica pro κομίζω.

ibid. Παρὰ Δεκριανοῦ) Sic ed. *Salm.* suffragante MS. 2955, qui pro Δεκριανοῦ etiam habet Δεκρίου. Vulg. περὶ Δεκριανοῦ.

ibid. Τοῦ Πατρέως σοφιστοῦ) Idem: τοῦ Πατρέως τοῦ σ.

ead. l. 11. Κἀγὼ δὲ παρελθὼν εἴσω) MS. 3011: προελθὼν, minus bene.

Pag. 133. *l.* 1. Παρ' ἐμὲ) Vulg. παρ' ἐμοί. Vid. not.

ibid. Οἰκίδιον τὸ ἐμὸν) MS. 3011: οἰκ. τουμὸν, Attice.

ead. l. 7. Οὐχὶ γὰρ μετρίαν) MS. 2955: οὐ γὰρ μετρίαν, probante Belino.

Pag. 134. *l.* 1. Οἷος ἐπὶ δείπνου) MS. 3011: ὡς ἐπὶ δ. minus bene.

ead. l. 3. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ) MS. 2955: τῇ δὲ ὑστεραίᾳ.

ead. l. 4. Ἡ νῦν μοι ὁδὸς) Deficientem in edd. artic. ἡ recepimus ex MSS. 2955 & 3011.

ead. l. 5. Εἰς Λάρισσαν) Iidem: ἐς Λάρισσαν.

ead. l. 12. Γυναῖκά τινα) Abest τινα ab iisdem MSS.

ead. l. 15. Πλησιαίτερον) MS. 3011: πλησιέστερον.

Pag. 135. *l.* 1. Εἴ τινα — ἀκούεις) MS. 2955: ἀκούοις, melius.

ead. l. 4. Ἀλλὰ σοὶ) Idem: ἀλλὰ σὺ, perperam.

ead. l. 9. Γέγονεν εἰς ἐμὲ) MS. 2954: ἐπ' ἐμὲ, minus bene.

ead. l. 11. Ἄγει πορρωτέρω) MSS. 2954, 2955 & 3011: ἀπωτέρω, quod praeoptat Belinus.

ead. l. 15. Ὑπακούσει) MS. 3011: ὑπακούσῃ.

Pag. 136. *l.* 3. Προσεῖχον αὐτῇ οὐδὲν ἔτι) Idem: προσεῖπον. Vulgata non movenda.

ead. l. 12. Ταῦτα λέγων) Idem & MS. 2955: καὶ ταῦτα λέγων.

ead. l. 16. Ἔνθεν ἀρξάμενος) Iidem: ἔνθεν ἐλὼν, subaud. ἀφορμὴν, cuius e glossemate profectum suspicatur Belinus vulg. ἀρξάμενος.

Pag. 137. *l.* 6. Τραῦμα — πυρίκαυτον) MS. 2954: πυρίκαυστον, rectius procul dubio.

ead. l. 13. Κατασκευάζω) Idem: σκευάζω.

ead. l. 15. Δέρειν) Cf. Aristoph. Ἱππ. v. 24, ibique Schol.

Pag. 138. *l.* 1. Οὐ κατακαύματι) MS. 2955: οὐ καύματι.

ead. l. 7. Ὅπως ἂν — ἐθέλῃς) Idem & MS. 3011: ἐθέλεις. Belinus malit ἐθέλοις.

ead. l. 9. Κατακοιμήσῃ) Iidem: *κατακοιμίσῃ*, male.

ead. l. 10. Ἔλθῃ εἰσω — καὶ καθευδήσῃ) MS. 2955: *ἔλθοι εἰσω — καὶ καθευδήσει*, prave.

ead. l. 12. Εἶτα ὕπνου καταψευσάμενος) Idem & MS. 3011 cum art. *εἶτα τοῦ ὕπνου καταψ.*

Pag. 139. *l.* 2. Καθ' αὐτὰ) MS. 3011: *καθ' ἑαυτά.*

ead. l. 6. Ἡμῶν τὸν οἶνον) MS. 2955: *τὸν οἶνον ἡμῶν.*

ead. l. 8. Τοῦτο μὲν πάντως) MS. 3011: *τοῦτο μὲν δὴ πάντως*, bene.

ead. l. 12. Τὸν ἔλεγχον τούτων) Idem: *τοῦτον.*

ead. l. 15. Ἐγὼ μέν νόμῳ) MS. 2955: *ἐγὼ μὲν οὖν νόμῳ*, probante Belino.

Pag. 140. *l.* 5. Συμπλέκου τῷ ἀνταγωνιστῇ) Idem: *τὸν ἀνταγωνιστήν.*

ead. l. 9. Καὶ τρώσας) Idem: *πρώσας.* Belinus inde coni. *περάσας.*

ead. l. 10. Ἰσχυέτω) Idem: *ἰσχύστω*, male.

ead. l. 11. Δῆξον) MS. 3011: *δεῖξον.*

ead. l. 12. Εἰς τὸν τοῖχον) Εἰς *τὸν χοῖρον* legit Belinus. Τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον χοίρον ἐκάλουν οἱ Ἕλληνες, Schol. ad Ariſtophan. Acharn. v. 771.

Pag. 141. *l.* 1. Ὁρᾷς ὅπως εὐχερῶς) MS. 3011: *ὁρᾷς μὲν ὅπως* &c. bene; reſpondet enim *μὲν* ſq. *δὲ* poſt *σκόπει.*

ead. l. 3. Ὑποβάλλῃς) MS. 2955: *ὑποβάλῃς.*

ead. l. 6. Ἄλλα καὶ οὐ τὰ) MS. 3011: *ἀλλ' ἀκέοντα τά.* Vid not.

ead. l. 13. Ὡς ἄμμα) MS. 2955: *ὅσα μάμα.*

ead. l. 14. Ἔμβαλλε) MS. 3011: *ἐμβάλε.*

Pag. 142. *l.* 7. Καὶ κάθησον) MS. 2955: *κάθισον.*

ibid. Πάραψαι) MS. 3011: *παράγραψαι*, quod verum putat Belinus, vertitque *touchés légérement, careſſés*; uti Amor. c. 42 *ἄκροις δακτύλοις ἐπιγράφουσαι, elles effleurent chaque plat avec le bout du doigt.*

ead. l. 12. Ἐπιλελήσμην) MS. 2954: *ἐπιλελησμένος.* Bene, iudice Belino, ſi addatur *ἦν.*

ead. l. 13. Ἦλθεν τὸ μαθεῖν) Debetur haec lectio MSS. 2954, 2955 & 3011. Adhuc enim edebatur *ἦλθεν ἐς τὸ μ.*

ead. l. 14. Ἤθλουν) Sic vulgatam lectionem *ἦλθον* optime emendant MSS. 2954 & 3011. Vid. not.

Pag. 143. *l.* 4. Ἐς μηδεμίαν γυναῖκα) MS. 2954: *ἐς τήνδε μηδεμίαν γυν.* unde Belinus legendum ſtatuit: *ἐς τήνδε* (ſc. *ἡμέραν*) *ἐς μηδεμίαν γυναῖκα.*

ead. l. 13. Εἰ δέ μοι καιρὸς ἐπιτρέψει) Ἐπιτρέψοι cum MSS. 2954 & 3011 malit Belinus.

ead. l. 14. Παρασχεῖν σοι εἰδεῖν) Iidem: παρασχεῖν σοι τὸ ἰδεῖν. Articulum amplectitur Belinus.

Pag. 144. *l.* 2. Ἣ νῦν ἔχεις τὸν σαυτῆς ἑκέτην) MSS. 2956 & 3011: ἃ νῦν ἔχεις τὸν σαυτῆς οἰκέτην, minus bene.

ead. l. 6. Καὶ ἀποσκοπεῖν τὰ γιγνόμενα) Pro ἀποσκοπεῖν iidem habent σκοπεῖν, & post γιγόμενα non male addunt ἔνδον.

ead. l. 12. Καὶ προσφέρει) Iidem: καὶ προφέρει.

Pag. 145. *l.* 1. Καὶ ἄλλα δὲ) MS. 3011: καὶ τἄλλα δέ.

ead. l. 4. Ὤχετο πετομένη ἔξω διὰ τῆς θυρίδος) Idem non admittit ἔξω, quod & abesse potest.

ead. l. 6. Τῶν ἐμαυτοῦ βλεφάρων) MSS. 2954 & 2956: τοῖς ἐαυτοῦ βλ. perperam.

ead. l. 12. Καὶ τὴν ψυχὴν) MS. 3011: καὶ τὴν τύχην, male.

Pag. 146. *l.* 2. Ἐγένοντο, καὶ τὰ ὦτα) Artic. τὰ prave omittunt MSS. 2956 & 3011, & pro ἐγένοντο MS. 2956 insuper legit ἐγένετο.

ead. l. 4. Ἑαυτὸν ἑώρων) MS. 3011: αὐτόν.

ead. l. 11. Πτερὰ φύουσαν) MSS. 2956 & 3011: πτερὰ χρίουσαν. Vulgatum tenet MS. 2954, superscripta tamen var. lect. χρίουσαν.

ead. l. 12. Ῥάων γὰρ) MS. 3011: ῥάστη.

ibid. Ῥόδα γὰρ μόνον) Idem & MS. 2956: μόνα.

ead. l. 15. Μίαν νύκτα ταύτην) Iidem: τὴν μίαν νύκτα ταύτην.

Pag. 147. *l.* 1. Καταψήσασά μοι) MS. 3011: μου.

ead. l. 6. Ἄλλον ἀληθινὸν ὄνον τοῦ Ἱππάρχου) MS. 2956: τὸν Ἱππάρχου, melius quam vulgatum.

Pag. 148. *l.* 14. Ἔπασχεν) Idem: ἔπασχον, minus bene.

Pag. 149. *l.* 2. Ἔπαιε ἀεὶ) Idem: ἔπαιεν ἀεὶ, rectius.

ead. l. 4. Καὶ μεγαλοφωνότατον) Idem & MS. 3011: καὶ εὐφωνότατον, e cuius glossa forte venit vulg. μεγαλοφωνότατον.

ead. l. 15. Οἱ ἐν τῇ ἐπαύλει) Ex MSS. 2954 & 2956 est illud οἱ ante ἐν τῇ ἐπ. quo aegre adhuc carebat textus.

Pag. 150. *l.* 2. Ἡριστήκειν) MS. 3011: ἠριστήκειμεν, male.

ead. l. 13. Δάφνην αὐτὴν) MS. 2956: αὐτά. Gesnerus coni. ῥοδοδάφνην, quae emendatio etiam Belino placet.

Pag. 151. *l.* 9. Ἐπ' ἐμὲ) MSS. 2954 & 3011: ἐπ' ἐμοί.

Pag. 153. *l.* 11. Ὡς οὐκ εἴη ἔτι) Rectius MS. 2956: ὡς οὐκ ἂν εἴη ἔτι.

Pag. 154. *l.* 6. Εἶτα ὀλίγον ὕστερον) Idem & MS. 3011: ὀλίγῳ, male.

ead. l. 7. Σκεύη πλεῖστα ὅσα χρυσᾶ) Iidem: σκεύη πολλὰ καὶ αὐτοὶ ὅσα χρ. Hinc Belinus totum locum ita vult refingi: νομίζοντες σκεύη πολλὰ καὶ αὐτοὶ, πλεῖστα ὅσα χρ.

ead. l. 16. Τῶν ἔνδων ἄρτων) MS. 2956: ἄρτον, neque hoc vituperandum.

ead. l. ult. Καταλιπόντες τὴν γραῦν καὶ νεανίσκον ἕνα) MSS. 2954 & 3011: καταλ. τῇ γραῒ νεανίσκον ἕνα.

Pag. 155. *l.* 1. Ἐπὶ ἔργον ἀπήεσαν) MS. 2956 post haec inutiliter addit ἔξω.

ibid. Ἐγὼ δὲ ἔστενον ἐμαυτὸν, καὶ τὴν ἀκριβῆ φρουρὰν) Idem: ἐγὼ δὲ ἔστενον ἐμαυτοῦ τὴν ἀκριβῆ φρουρὰν, minus bene.

ead. l. 10. Στιβάδων) Idem: στοιβάδων, male.

ead. l. 15. Συνέκλαιον) Belinus malit συνέκλαον, Attice; qua etiam forma mox ante bis occurrit hoc verbum.

Pag. 156. *l.* 7. Εἰς τὴν ὁδὸν) MS. 3011: ἐς τὴν ὁδόν.

ead. l. 13. Ξύλῳ τυπτόμενος) Idem: ξύλῳ παιόμενος.

ibid. Παρὰ πέτραν) Idem: περὶ πέτραν, minus bene.

Pag. 157. *l.* 10. Τῶν δὲ σκευῶν) MS. 2956: τῶν γὰρ σκ.

ead. l. 13. Τί ἔτι μένεις) Idem & MS. 3011: τί μένεις ἔτι.

Pag. 158. *l.* 3. Ὡς μάλιστα πρὸς τὴν φυγὴν) MSS. 2954, 2956 & 3011: ὡς μάλιστα ἐς τὴν φυγήν.

ead. l. 4. Ἐπεὶ εἶδεν) Iidem: ἐπειδὴ εἶδεν.

ead. l. 5. Λαμβάνεταί μου) MSS. 2954 & 3011: με.

Pag. 159. *l.* 4. Διπλῆ ὁδὸς) MS. 3011: τριπλῆ ὁδός.

ead. l. 8. Σὺ παρθένος) MS. 2956: παρθένε.

ead. l. 10. Ἡμεῖς σε τοῖς οἰκείοις) Idem: τοῖς ἰδίοις.

Pag. 160. *l.* 5. Κρεμᾷ ἑαυτὴν) MS. 3011: κρημνᾷ, vitiose.

ead. l. 11. Ἔφη τις αὐτῶν, τὴν δραπέτιν) Idem: ἔφη τις αὐτὴν τὴν δραπ. minus bene.

Pag. 162. *l.* 8. Ἐγὼ δὲ ἀνέστενον αὐτὸν) MSS. 2956 & 3011: ἑαυτόν. Leg. ἐμαυτόν.

ead. l. 10. Ἐπιδεξόμενος) MS. 2956: ἐπιδεξάμενος, non bene.

Pag. 163. *l.* 5. Ἦγον εἴσω) Idem & MS. 3011: ἔσω, Attice.

ibid. Δίκαιον ποιοῦσα) MS. 2956: δίκαια ποιοῦσα, approbante Belino.

ead. l. 12. Παρεισιόντας) MS. 3011: προσιόντας, minus bene.

ead. l. 14. Χάριν μοι ἔφη ἡ δέσποινα ἔχειν παρὰ τῷ πατρὶ) Belinus emendari vult: — ἔφη — πρὸς τὸν πατέρα.

Pag. 164. *l.* 7. Εἰς τὸν ἀγρὸν) MS. 3011: ἐς τὸν ἀγρόν.

ead. l. 8. Ἐχρῆν δὲ ἄρα κἀνταῦθα ὥσπερ Κανδαύλῃ κἀμοὶ γενέσθαι) Desunt in MS. 2956.

Pag. 165. *l.* 13. Εἶτα καὶ ἀνυπόδετος) MS. 3011: ἀνυπόδητος, magis Attice. Conf. Moer. Atticist. pag. 29, & Suidas h. v.

ead. l. 14. Καί μοι συνεξέπεμπον) MS. 2956: συνέπεμπον, minus bene.

ead. l. 16. Πρῶτον μὲν) Idem: πρῶτα μέν.

Pag. 166. *l.* 3. Εἶτά μοι ἐπετίθει) Idem post μοι interserit ἐκεῖ, male.

ead. l. 12. Λίθους ἀχρείους περιφέρων) Idem: προσεπιφέρων, assentiente Belino.

Pag. 167. *l.* 2. Οὔτε χεῖρα ἂν ποτε ἐπέδωκεν) MSS. 2956 & 3011: οὔτε χεῖρά μοι ἂν ποτε ἐπέδωκεν. Belinus, ἂν superfluum existimans, ἄν ποτε mutatum it in οὔποτε, nescimus quam bene.

ead. l. 8. Οἷον εἰκὸς ἦν) Iidem MSS. non agnoscunt ἦν.

ead. l. 9. Τὰ ὄπισθε) MS. 3011: τὰ ὄπισθεν.

Pag. 168. *l. ult.* Καὶ οὕτω λοιπὸν ἀκινδ. ἐβάδιζον τῆς ὁδοῦ τὸ ὑπόλοιπον) Idem: ἐπίλοιπον. Censemus autem cum Belino expungendum in hac phrasi v. λοιπὸν ante ἀκινδυνότερον, ut superfluum, & indignum Luciano.

Pag. 169. *l.* 1. Ἀνάψαι με) MSS. 2956 & 3011: με ἀνάψαι.

ead. l. 3. Προσελθὼν) Iidem: ἐλθών.

ead. l. 6. Ἐξεῦρεν ἐπ' ἐμὲ) MS. 2956: ἐπ' ἐμοί.

Pag. 170. *l.* 7. Ἠμύναμεν) Idem: ἤμυναν.

ead. l. 9. Εἰ μήτε βαδίζειν — ἐθέλει) Idem: ἐθέλοι, minus bene.

ead. l. 12. Καὶ τὰ κρέα) Idem: τὰ δὲ κρέα, melius.

ead. l. 14. Καταψεύσασθε) Ibidem vitiose: καταψεύσασθαι.

ead. l. 15. Παῖς ὀνηλάτης ἐμὸς) Idem: παῖς οὐμὸς ὀνηλάτης, Attice. MS. 3011: ὁ ἐμὸς ὀνηλ.

Pag. 171. *l.* 7. Σωφρονέστερον προβάτου) MSS. 2956 & 3011: προβατίου.

ead. l. 9. Ὡς εὖ λέγοι) MS. 3011: λέγει, rectius.

ead. l. 12. Ἡ ῥίψαι ἑμαυτὸν) Idem & MS. 2955: ἑαυτόν.

ead. l. 15. Ἦλθεν εἰς τὸν ἀγρὸν) MS. 2956: ἦκεν εἰς τ. ἀγρ.

Pag. 172. *l.* 3. Τὴν θάλασσαν ἁρπάσαι) In MS. 3011 intempestive repetitur αὐτοὺς post ἁρπάσαι.

ead. l. 5. Τῆς συμφορᾶς καὶ θανάτου) MS. 2956: καὶ τοῦ θανάτου.

ead. l. 9. Ἐπικατέδησέ μοι καὶ ταῖς ἵπποις) MS. 2955 subiungit: καὶ.....ασι ἄλλοις· quam lacunam Belinus putat expleri posse legendo: καὶ κτήνεσι πᾶσιν ἄλλοις.

Pag. 173. *l.* 6. Ἐπανάγειν) MS. 2956: ἀπάγειν.

ead. l. 15. Πρὸ τῆς θύρας ἀνακέκραγεν) Idem: ἀνέκραγεν.

Pag. 174. *l.* 10. Εἶτα τῆς πόλεως ἐξηλαύνομεν) MS. 3011: εἶτα ἐκ τῆς π. ἐξηλαύνομεν, melius, iudice Belino.

ead. l. 11. Ἐπειδὰν —— προσέλθοιμεν) Idem: εἰσέλθοιμεν. Neutrum bene. Leg. l. προσήλθομεν, l. προσέλθωμεν.

ead. l. 14. Ἑλίσσοντες) Idem: εἱλήσοντες.

Pag. 175. *l.* 2. Μήποτε χρεία — γένοιτο) Γένηται, l. γένοιτο ἂν emendat Belinus, & paulo post pro κατακόψειαν legit κατέκοψαν.

ead. l. 5. Καὶ πυρῶν μέδιμνον) MS. 3011: καὶ πυροῦ μ.

ead. l. 12. Ὅτι μέχρι νῦν) Idem: καὶ μέχρι νῦν.

Pag. 177. *l.* 5. Ὅπως ὀδεύοι) Idem: ὀδεύει. Belinus corr. ὀδεύσει, l. ὅπως ἂν ὀδεύοι.

ead. l. ult. Μήτε ἀθυμίᾳ) MSS. 2956 & 3011: ῥᾳθυμίᾳ, falso.

Pag. 178. *l.* 4. Καὶ τὸ ἄλλο) MS. 2956: τὸ δ' ἄλλον, male.

Pag. 179. *l.* 2. Κατακλεισθέντα) Idem & MS. 3011: κατακλεισθέντα ποῖ· quod in ποῦ mutatum, in textum admittit Belinus.

ead. l. 11. Εἰς κώμην) MS. 2956: εἰς πόλιν.

ead. l. 15. Οἱ δὲ καὶ μάλα ἄσμενοι) Idem: οἱ δὲ μάλα καὶ ἀσμενοι.

Pag. 180. *l.* 1. Ἀπέδειξαν) Idem: ὑπόδειξαν, male.

ead. l. 17. Πιπράσκειν διέγνωσαν) Idem & MS. 3011: ἔγνωσαν.

Pag. 181. *l.* 3. Ὡς ἑαυτὸν ἤλαυνεν) MS. 3011: οἷ καδε ἤλαυνεν, ex glossa.

ead. l. 10. Ὀθόνην τοῖς ὄμμασιν ἐπιπετάσαντες) Idem: ὀθόνη τὰ ὄμματα σκεπάσαντες.

Pag. 182. *l.* 2. Ὡς χρὴ τὸν δοῦλον) MS. 2956: ὅτι χρὴ τὸν &c.

ead. l. 7. Ὁ δεσπότης οὖν ἔωθεν) MS. 3011: ἔξωθεν, mendoſe.

ead. l. ult. Ἀνὴρ γενναῖος, στρατιώτου) MS. 2955: ἀνὴρ, γενναίου στρατιώτου.

Pag. 183. *l.* 3. Ὅποι ἀπάγει) Ex MSS. 2956 & 3011. Vulg. ὅπου ἀπάγοι.

ead. l. 4. Οὐδὲν ἀπεκρίνατο) In MS. 2956 poſt haec verba legitur τὸν κήπου, errore librarii ingeſtum.

ead. l. 8. Καὶ ὃς τὰ πρῶτα) MS. 3011: ὁ δὲ τὰ πρῶτα.

Pag. 184. *l.* 2. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ) MSS. 2956 & 3011: τῇ δὲ ὑστεραίᾳ.

ead. l. 6. Μόλις ἐξαναστὰς) MS. 3011: ἐπαναστάς.

ead. l. 9. Σὺν αὐτῷ συνελθόντες) Idem: σὺν αὐτῷ ἐλθόντες.

ead. l. 17. Πολλῆς βοῆς ἐκ τούτου γενομένης) Idem & MS. 2956: ἐκ τούτων γινομένης.

Pag. 185. *l.* 1. Τίνες εἶεν) Leg. τίνες ἂν εἶεν, iubente Belino.

ead. l. 5. Εὑρίσκουσι) MS. 2956: καὶ εὑρίσκουσι, male.

ead. l. 6. Πέμπουσι) Idem & MS. 3011: ἔπεμψαν.

ead. l. 8. Ἐπεδωκαν) Iidem: παρέδωκαν, melius.

ead. l. 12. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ) Iidem: τῇ δὲ ὑστ.

Pag. 186. *l.* 1. Καὶ εἶχε καὶ) Poſterius καὶ, quo nihil indigemus, non agnoſcit MS. 3011, & pro εἶχε legit εἶχεν.

ead. l. 16. Καὶ φειδοῖ) Idem: καὶ φειδῷ, male.

ead. l. 17. Καταγνοὺς ἄνοιαν) MS. 2956 aberrat in ἄγνοιαν.

Pag. 187. *l.* 3. Πρὸς ἀλλήλους) Idem & MS. 3011: ἐς ἀλλήλους.

ead. l. 7. Καλὸν ἐγεγόνει) MS. 3011: κακὸν, vitioſe.

ead. l. 9. Οἱ δὲ γενναιότατοι μέγαν τέ με) Idem: οἱ δὲ γενναιότατόν μοι μέγαν τέ με, abſurde.

ead. l. 12. Προελθόντες, ὡς εἰς τὸ βαλανεῖον) MSS. 2956 & 3011: προσελθόντες, ὡς ἐπὶ βαλανεῖον.

ead. l. 14. Κἀγὼ τότε τοῦ δόλου μηδὲν) MSS. 2954 & 3011: κἀγὼ τότε μηδὲν τοῦ δόλου.

ead. l. ult. Ἐπὶ τὴν ἐμὴν θέαν) MS. 2956: ἐπὶ τὴν ἐμοῦ θ.

Pag. 188. *l.* 2. Καὶ ἤρετό τινα) MS. 3011: καὶ ἤρετό τισιν.

ead. l. 3. Ἐπεὶ δὲ ἤκουσε, καὶ ἐξανίσταται) Idem & MS. 2956: ἐπεὶ δὲ ἤκουσεν, ἐξανίσταται, omiſſo καί.

Pag. 189. *l.* 2. Τὸ προσενεχθὲν ἔπινον) Iidem: ἔπιον.

ead. l. 3. Ὁρῶν με) MS. 2956: ἐμέ.

ead. l. 7. Ὅσα ποιῶν — ψυχαγωγεῖν αὐτὸν δυναίμην) Δυναίμην ἂν, Belinus legi iubet.

ead. l. 10. Ὥσπερ ἄνθρωπον) MS. 2956: ὥσπερ ἄνθρωπος, non bene.

ead. l. 15. Ὅνος ὁ τοῦ δεσπότου — ὀρχούμενος) MS. 3011 ante ὀρχούμενος repetit ὄνος, quod minime probandum.

ead. l. 16. Τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι) Idem: ἔστι, mendose.

Pag. 190. *l.* 1. Ὁπότε θελήσαιμι) Εἴ ποτε θελήσαιμι em. Belinus.

ead. l. 7. Σκευὴ — πολυτελὴς) MS. 3011: σκεύη — πολυτελῆ.

ead. l. 13. Παρέξειν) Idem: παράξαι.

ead. l. 17. Εἴ ποτε χωρίον ἦν) MS. 2956 εἶη pro ἦν.

Pag. 191. *l.* 7. Καὶ τὰ παράδοξα ἐκεῖνα ἐν ἐμοὶ) Idem & MS. 3011: — ἐκεῖνα τὰ ἐν ἐμοὶ, praestantius vulgato.

Pag. 193. *l.* 3. Μύρων ἐνέπλησεν) MS. 2956: ἐνέπλησε μύρων.

ead. l. 5. Ἐκ τῆς φορβαίας) Idem: φορβείας, rectius procul dubio.

ead. l. 16. Ἡ γὰρ γυνὴ) Idem: ἡ δὲ γυνή.

Pag. 194. *l.* 7. Ὡς οὐδὲν εἴην) Legendum, iudice Belino: ὡς οὐδενὶ ἦν.

ead. l. 10. Ἐν ἐμοὶ ἐδαπάνησεν) Idem vir doctus necessario emendandum statuit ἐπ' ἐμοὶ, vel, quod malit, ὑπ' ἐμέ.

ead. l. 15. Κατεχρήσατό μοι) MS. 3011: μου. Vid. not.

Pag. 196. *l.* 12. Καὶ μηδὲν ἔτι ὀκνῶν &c.) MS. 2956 non agnoscit ἔτι, & pro ὀκνῶν legit ὀκνήσας· tum pergit, ἴεμαι πρὸς αὐτὰ, omissis verbis ἀναπηδήσας τοῦ λέχους ἐκπίπτω. Quod si placeat in textum admitti deficientia in edd. verba ἴεμαι πρὸς αὐτὰ, tum totus locus ex Belini sententia sic erit constituendus: καὶ μηδὲν ἔτι ὤκνησα, ἀναπηδήσας δὲ τοῦ λέχους ἐκπίπτω, καὶ ἴεμαι πρὸς αὐτά. οἱ μὲν ᾤοντο κ. τ. λ.

Pag. 197. *l.* 2. Καὶ μηδέποτε ἐλπισθείσῃ) MS. 2955: καὶ μήποτε, minus bene. Μηδέποτε fortius negat.

ead. l. 10. Ὅτι γυνή με — ὄνον ποιήσειε) Pro ποιήσειε Belinus legit ἐποίησε. Recte.

ead. l. 14. Οὕτω γεγονὼς) MS. 2955: οὕτω γεγονός.

Pag. 198. *l.* 3. Ἱστοριῶν καὶ ἄλλων) Idem: καὶ τῶν ἄλλων.

ead. l. 9. Καὶ τοῦ δίφρου ἀναπηδήσας) Cum verbum ἀναπηδᾶν genitivo absque praepositione iungi non possit, Belinus probabiliter emendat κἀκ τοῦ δίφρου.

Pag. 199. *l.* 3. Τὸν ὄνον ἀγαπηθέντα) MSS. 2955 &

3011 : τὸν ὄνον τὸν ἀγαπητ. elegantius quam vulgatum.

ead. l. 9. Μέγα τι ποιῶν ἀγαθὸν) MS. 2955 : ἀγαθῶν, vitiose.

ead. l. 14. Κοιμήσῃ) Idem : κοιμήσει.

ead. l. 15. Μὰ Δία, οὐχὶ σοῦ) MS. 3011 : μὰ Δι', οὐχὶ σοῦ, melius.

Pag. 200. *l.* 13. Ἀναθήματα ἔθηκα) MS. 2955 : ἀνέθηκα, forma Attica.

ead. l. ult. Καὶ οὕτω δὲ μόλις) Leg. δὴ μόλις, praeeunte eodem MS.

In Iovem confutatum.

Pag. 201. *l.* 2. Ἢ χρυσὸν, ἢ βασιλείαν) MS. 3011 : καὶ χρυσὸν, καὶ βασιλ.

ibid. Εὐκταιότατα τοῖς πολλοῖς, σοὶ δ' οὐ πάνυ) Idem : τοῖς ἄλλοις πολλοῖς, καὶ σοὶ δ' οὐ π. minus bene.

Pag. 202. *l.* 3. Ἃ περὶ τῆς Εἱμαρμένης καὶ τῶν Μοιρῶν ἐκεῖνοι ἐῤῥαψῳδήκασιν) Idem : τὰ περὶ τῆς Εἱμαρμένης καὶ τῶν M. ἃ ἐκεῖνοι ἐῤῥαψ.

ead. l. 4. Ὁπόσα ἂν αὗται) Idem : καὶ ὁπόσα, non bene.

ead. l. 7. Γίγνεται) Idem & MS. 2954 : γίνεται, minus Attice.

ead. l. 15. Οὐδὲν γὰρ οὕτω γένοιτ' ἂν) MS. 3011 : οὐδὲν γὰρ ἂν οὕτω γείνοιτο.

Pag. 203. *l.* 5. Διεξέρχονται. καὶ συγγνώμη) Idem : διεξιᾶσι. καὶ ξυγγνώμη, magis Attice.

ead. l. 13. Γὰρ καὶ αὗται) Idem : γὰρ πάνυ καὶ αὗται.

Pag. 204. *l.* 4. Ἠρώτησας τὸ περὶ) Idem : ἠρώτησάς ποτε τὸ περί.

ead. l. 5. Ἦν πρότερον) Idem : ἢν μὴ πρ.

ead. l. 9. Ἐν οἷς πεποίησαι) Idem : ἃ πεποίησαι, male.

ead. l. 12. Ἔφης γὰρ αὐτὸς) MS. 2954 : ἔφησθα.

ead. l. 14. Ἐκκρεμαννυμένους) MS. 3011 : ἐκκρεμαμένους.

ead. l. 15. Σὺ δὲ) Idem : σὲ δὲ, male.

Pag. 205. *l.* 1. Τὴν βίαν) In MS. 2954 adscriptum glossema : τὴν δύναμιν.

ead. l. 4. Δοκεῖ δ' οὖν) MS. 3011 : δοκεῖ γοῦν.

ead. l. 7. Τὰ ἰχθύδια) Idem : τὰ ὀψάρια, ex glossa.

ead. l. 8. Οὐκ οἶδ' ὅ, τι) Idem : οὐκ οἶδα εἴ τι, perperam.

ead. l. 11. Ἀκούσης μου) MS. 2954 : ἐμοῦ.

ead. l. 14. Ἔτι ἀλλαγείη) MS. 3011 non agnoscit ἔτι.

ead. l. 16. Παρ' ὑμῶν τὰ ἀγαθὰ) Idem: τἀγαθὰ, Attice.

Pag. 206. *l.* 15. Ὅπως ἡμῖν προϊὼν) MS. 2954: ὅπως εἰπεῖν προϊὼν ἡμῖν.

ibid. Εἰς τοῦτο) MS. 3011: ἐς τοῦτο.

ead. l. 16. Περιττὰς εἶναι) Elegantius in eod. MS. omittitur v. εἶναι.

Pag. 207. *l.* 9. Βούλει γοῦν) Idem & MS. 2954: βούλει οὖν, quod mollius sonat.

ead. l. 15. Ἱκανὸν καὶ τοῦτο) Abest καὶ a MS. 3011.

Pag. 208. *l.* 1. Χρηστότητι) Idem: εὐγνωμοσύνῃ, ex glossa.

ead. l. 8. Εἰ μηδὲν ἄλλο) Non comparent haec in eodem libro, qui mox cum Cod. Ox. legit: κἂν ὁ θάνατος, unde Belinus conficit καὶ ὁ θάνατος, bene. Articulus necessario requiritur.

ead. l. 9. Εἰς ἄπειρον) Idem: ἐς ἄπειρον.

ead. l. 10. Ἡ δουλεία γίγνεται) Idem: γίνεται.

Pag. 210. *l.* 1. Εὐδαίμονα εἶναι δοκεῖ) Idem ignorat v. εἶναι.

ead. l. 5. Ἐν ἀκαρεῖ χρόνου) Abest χρόνου ab eodem.

ead. l. 9. Καί σοι τάχα μεταμελήσει ποτὲ αὐτῶν) Idem: καί σοι ποτὲ μεταμελήσει αὐτῶν, melius, iudice Belino; cum τάχα minus apte adiici videatur ab interminante Iove.

ead. l. 12. Κολαζομένους) Idem: κολ. ἅπαντας, glossatoris assumentum.

ead. l. 15. Ὡς ἄρ' ἐκείνων τις εἶ) Ὡς παρ' ἐκείνων, l. ὡς ἀπ' ἐκείνων, malit Belinus.

Pag. 211. *l.* 3. Ἐγὼ δὲ παρὰ τίνος ἂν) MS. 3011: ἐγὼ δὲ, παρὰ τίνος γὰρ ἂν &c. quod ita probat Belinus, ut verba παρὰ τίνος γὰρ ἂν ἄλλου τἀληθὲς, ἢ παρὰ σοῦ μάθοιμι, parentheseos signis includenda statuat.

ead. l. 4. Ἡδέως δ' ἂν) MS. 2954: ἡδέως γοῦν, male. Sequitur enim opt. ἐροίμην.

ead. l. 14. Μετατίθεσαι) Idem: ἀνατίθεσθαι, prave.

ead. l. 15. Ἐπιμελείας) Idem: προνοίας.

Pag. 212. *l.* 12. Οὕτως ἀνάλογον) MS. 3011: ἀνάλογον τοίνυν, quod Belino praeplacet.

ead. l. 15. Ἐφ' ὑμᾶς ἴασι) MS. 2954: ἐφ' ὑμᾶς ἔρχονται, minus Attice.

Pag. 213. *l.* 7. Σὺ ἤδη) MS. 3011: σὺ δ' ἤδη, quod sua auctoritate etiam firmat Cod. Ox. Vid. varr. lectt.

ead. l. 10. Καὶ προμηνύειν ἕκαστα) Idem: ἑκάστῳ, male.

ead. l. 13. Παντελῶς ἀδύνατον) Idem: πάντως ἀδ.

ead. l. 14. Ὡς ὁ προμαθὼν) MS. 2954: ὡς ὁ προμαθών τις, minus bene.

Pag. 214. *l.* 2. Καθείρξας ἑαυτὸν) MS. 3011: ἐγκλεισάμενος ἑαυτὸν, ex gloſſa.

ead. l. 5. Ὡς ἂν ἀπὸ ἰσχυροῦ προστάγματος) Idem: ὡς ἂν ἀπὸ ἰσχυρᾶς ἐντολῆς. Vulgatum gloſſematis ſpeciem habet.

ead. l. 7. Τὸ μὲν γὰρ Λαΐου) Idem: τὸ μὲν γὰρ τοῦ Λαΐου, cum artic.

ead. l. 9. Μὴ σπεῖρε) Idem: μὴ σπεῖραι.

ead. l. 14. Ἀπαιτεῖτε) Sic edd. vett. praeter unam omnes, quibuſcum conſpirat MS. 3011. Reitzius ex *Fl.* edidit ἀπαιτοῖτε.

Pag. 215. *l.* 5. Ἐπειρᾶτο) MS. 3011: ἐπείρα.

ead. l. 7. Πλὴν ἀλλὰ τὸ ἐξαπατηθῆναι) Idem & MS. 2954: πλὴν ἀλλὰ καὶ τὸ ἐξαπ. probante Belino.

ead. l. 9. Καὶ ἄλλως τὸ μὴ σαφῶς) In MS. 3011 prave omittitur μή.

ead. l. 11. Ἐκείνης μέρος ἐστὶν) Idem: ἐκείνης ἔργον ἐστ.

ead. l. 13. Εἰσφερόμενοι εἰς τὰ πράγματα) Idem: ἐσφερόμενοι ἐς τὰ πρ. magis Attice.

ead. l. 15. Ἡ σκέπαρνα) Idem: καὶ σκέπαρνα.

Pag. 216. *l.* 1. Διηγκυλημένος) Idem: διηγκυλωμένος.

Pag. 217. *l.* 6. Καὶ Χάροψ) MS. 2954: καὶ ὁ Χάροψ.

Pag. 218. *l.* 8. Ἄδην μοι λέγεις) Idem: ἀδηλον, male.

ead. l. 14. Ἐν τῷ Ἠλυσίῳ λειμῶνι) Idem: Ἠλυσίῳ πεδίῳ.

Pag. 219. *l.* 7. Τί δὲ καὶ δι' αὐτὸν) Idem: τί δὲ ἐκεῖνον.

ead. l. 11. Ἀποπέμπει) Idem: πέμπει.

ead. l. 17. Δικαιοῖ) Idem: δίκαιον.

Pag. 220. *l.* 12. Αὐτῷ δρᾷ) Idem: δρᾷν, perperam.

Pag. 221. *l.* 7. Ἐπίτονον γάρ τινα καὶ οὐκ ἄμοιρον) MSS. 2954 & 3011: ἐπίπονον — καὶ οὐκ εὔμοιρον, quod verum putamus.

In Iovem Tragoedum.

Pag. 223. *l.* 9. Ὦχρός τέ σε) MS. 2955: ὦχρός τε σεῦ, rectius procul dubio.

Pag. 224. *l.* 10. Μηδὲ τὸν Εὐριπίδην ὅλον καταπεπώκαμεν) Conf. Ariſtophan. Acharn. v. 484: οὐκ εἶ καταπιὼν Εὐριπίδην.

Pag. 225. *l.* 9. Ἡ ἔρωτός ἐστιν) MS. 3011 : ἢ ἐρῶντός ἐστι, aeque bene.

ead. l. 14. Ἐπὶ ξυροῦ ἕστηκεν) MSS. 2954, 2955 & 3011: ἐπὶ ξυροῦ νῦν ἕστημεν, quod verum iudicat Belinus.

ibid. Εἴτε χρὴ ἡμᾶς τιμᾶσθαι ἔτι) MS. 3011: εἴτε χρὴ τιμᾶσθαι ἡμᾶς ἔτι.

Pag. 226. *l.* 1. Μῶν γίγαντάς τινας ἡ γῆ αὖθις ἔφυσεν) Idem: μῶν ἢ γίγαντας αὖθις ἡ γῆ ἔφ. quod vulgatae praeſtat, in qua redundare videtur τινας.

ead. l. 2. Καὶ τῆς φρουρᾶς) MS. 2955: καὶ τὸ τῆς φρουρᾶς, male.

ead. l. 3. Ἐναντία) MS. 3011: ἐν αὐτῷ. Manifeſtum vitium.

ead. l. 5. Τί οὖν ἄλλο) MS. 2955: τί γοῦν ἄλλο.

ead. l. 6. Ὅτε μὴ — παραλυπεῖ) Reſtitutum ex MSS. 2954, 2955 & 3011, pro vulg. παραλυποῖ.

ead. l. 11. Ὅπερ μάλιστα καὶ ἠνίασέ με) Exſulat καὶ e MS. 2954; neque id iniuria.

Pag. 227. *l.* 1. Τῆς συνουσίας) MSS. 2955 & 3011: ξυνουσίας, & mox ἐσαῦθις, Attice.

ead. l. 4. Καὶ ἀληθέστερα) MS. 3011: ἢ ἀληθ.

ead. l. 14. Συνευρίσκετε) Idem: ξυνευρίσκετε.

ead. l. 15. Τὸ μέρος) MS. 2954 poſt haec addit τί δ' οὖν, perperam repetitum ex antec.

Pag. 228. *l.* 2. Ἐπαναγαγεῖν) MSS. 2954 & 3011: ἐπενεγκεῖν.

ead. l. 3. Συνδοκεῖ) MS. 3011: ξυνδοκεῖ.

ead. l. 5. Συνταράττειν) Idem: ξυντάραττειν.

ead. l. 6. Πράττειν δὲ ἰδίᾳ) MS. 2954: πράττειν δὲ καὶ ἰδ.

ead. l. 8. Ἄπεισιν) Agnoſcit hanc ſcripturam etiam MS. 3011. Vulg. ἀπίοι.

ead. l. 9. Ἀλλ' οὔτε ἀγνοήσεταί) MSS. 2954 & 3011: ἀγνοηθήσεται. Recte.

ibid. Ἐν φανερῷ ἐσομένης) MS. 3011: γενομένης.

ead. l. 11. Περὶ τῶν οὕτω μεγάλων) MS. 2955: περὶ τῶν ἄνω οὕτω μεγάλ. probante Belino.

ead. l. 14. Ὀρθῶς γὰρ λέγεις) MSS. 2955 & 3011 haec tribuunt Mercurio, leguntque: EPM. Ὀρθῶς λέγεις, omiſſo γάρ.

ead. l. 15. Εἰς ἐκκλησίαν συνέλθετε) MS. 3011: ἐς ἐκκλ. ξυνέλθετε, Attice.

Pag. 229. *l.* 1. Ἥκετε, περὶ μεγάλων ἐκκλησιάσομεν) MS. 2955: ἥκετε περὶ μεγ. ἐκκλησιασόμενοι, magis concinne.

ead. l. 4. Συγκαλῶν) MS. 3011: ξυγκαλῶν.

ead. l. 11. Ὑπέρμετρα ἢ ἐνδεᾶ) Idem & MS. 2955: ἢ ὑπέρμετρα ἢ ἐνδεᾶ.

ead. l. 14. Τῆς μαντικῆς ἀσαφείας) Μαντικῆς non comparet in MSS. 2954 & 3011, & videtur e glossa v. ἀσαφείας fluxisse.

Pag. 230. *l.* 5. Συνεκάλει) MS. 3011: ξυνεκάλει.

ead. l. 7. Πειράσομαι δὲ ὅμως) MS. 2955: πειράσομαι δ' οὖν ὅμως.

ead. l. 9. Μενέτω) MS. 3011: μενέτων.

Pag. 231. *l.* 1. Κάθησθε) Idem: καθίζε, perperam.

ead. l. 3. Συνθέουσι) Idem: ξυνθέουσι.

ead. l. 4. Ὡς ἂν — ἔχῃ) Idem & MS. 2955: ἔχοι, melius.

ead. l. 6. Ὁπόσοι ἐλεφάντινοι) MS. 2954: ὅσοι.

ead. l. 9. Προτετιμήσθων) MS. 3011: προτετιμήσθω, prave.

ead. l. 10. Συνωσθέντες) Idem: ξυνωσθέντες.

ead. l. 11. Ἀναπληροῦντες μόνον) Idem: ἀναπληροῦντων, corrupte.

ead. l. 13. Οὐ πρόχειρον εἰδέναι) Idem: οὐ χεῖρον εἰδ.

ead. l. 15. Ἀλλὰ νομιδῇ) MS. 2954: ἀλλὰ πάνυ νομιδῇ, ex glossa.

Pag. 232. *l.* 2. Καθεδεῖται) Idem: καθέζηται, male.

ibid. Ἡ προτιμητέαν χρὴ νομίζειν εἶναι τὴν τέχνην) MSS. 2954 & 3011: ἢ προτιμοτέραν χρὴ νομίζειν τὴν τέχνην, quod receptae lect. praefert Belinus.

ead. l. 4. Ἀλλ' ὁ χρυσὸς ὅμως προτιμητέος) MSS. 2954 & 2955: ἀλλ' ὁ χρυσὸς μὲν οὗτος προτ. minus bene.

ead. l. 9. Προεδρεύσειν) MS. 2954: προεδρεύειν.

ead. l. 13. Ἐπιστίλβον ἔχοντες) MS. 3011: ἐπιστίλβοντες, melius forte.

ibid. Ὡς ἐπικεχρῶσθαι) MS. 2954: ὡς ἐπικεχράνθαι, male.

ead. l. 15. Ἐμπολιτευομένας) MS. 3011: συμπολιτευομένας, non bene.

Pag. 233. *l.* 2. Ὁ Μίθρης) Idem & MS. 2954: ὁ Μίθρην.

ead. l. 3. Ὡς ἀληθῶς) In MS. 2954 verba haec Neptuno tribuuntur, quod minime probandum.

Pag. 234. *l.* 1. Ἐν τοῖς προεδρίοις) MS. 3011: προέδροις.

Pag. 236. *l.* 2. Τῶν ἄλλων μικρότητα) MSS. 2955 & 3011: σμικρότητα.

ead. l. 11. Ἅτε δὴ παῖδες ὄντες Διὸς) MS. 3011: ἅτε δὴ Διὸς παῖδες, sine ὄντες.

Pag. 237. *l.* 1. Ἔνθα ἂν ἕκαστος ἐθέλῃ) Idem: ἐθέλοι, & mox ἐσαῦθις.

ead. l. 6. Διανομὰς) Bis habet MS. 3011, non improbante Belino.

ead. l. 11. Τὴν Ἑλλήνων συνιᾶσιν) Idem & MS. 2955: τὴν Ἑλλ. φωνὴν ξυνιᾶσιν.

ead. l. 13. Συνετὰ) MS. 3011: ξυνετά.

Pag. 238. *l.* 1. Γεγένηνταί σοι) MS. 2955: σοι γεγένηνται.

ead. l. 14. Ἡ γλῶττά μοι) MS. 3011: μου, minus bene.

ead. l. 15. Τὸ δὲ ἀτοπώτατον ἁπάντων) MS. 2955: τῶν ἁπάντων, cum artic.

ead. l. ult. Τὸ προοίμιον ἁπάντων τῶν λόγων) Intempestive repetitum ex antec. commate verbum ἁπάντων reiicit MS. 3011.

Pag. 239. *l.* 3. Πάντα) Idem: ἅπαντας. Leg. ἅπαντα.

ead. l. 5. Προσδοκῶσιν) Belinus legit: προσδοκοῦσιν.

ead. l. 6 Βούλει γοῦν) MS. 3011: βούλει οὖν.

ead. l. 10. Ἱκανὰ) Idem: ἱκανῶς.

ead. l. 11. Τὸ μὲν φορτικὸν τῶν μέτρων) MS. 2955: τῶν ἐπῶν, bene. Superscripta tamen ibidem vulgata humore rubro.

ead. l. 13. Ἤν τινα ἂν ἐθέλοις σύνειρε) MSS. 2954 & 3011: ἤν τινα ἂν ἐθέλῃς ξυνεῖραι.

ead. l. 15. Καὶ ῥᾳδιουργίαν ταύτην εὔκαιρον) Non εὔκαιρον, sed εὔπορον legit MS. 2955; & pro ῥᾳδιουργίαν habet δημηγορίαν. Hoc quidem verum, illud ex interpretamento venisse, iudicat Belinus.

Pag. 240. *l.* 1. Ἄρξομαι δ' οὖν) MSS. 2955 & 3011: ἄρξαι δ' οὖν, praemissa Mercurii persona.

ead. l 8. Πάνυ ὀλιγώρως) MS. 3011: πάντ' ὀλιγώρως.

ead. l. 11. Συνήγαγον) Idem: ξυνήγαγον.

ead. l. 13. Ἀπολουμένῃ) Idem: ἀπολουμένην, vitiose. MS. 2955: ἀπολλυμένῃ.

Pag. 241. *l.* 3. Ἄλλος ἄλλην) MS. 3011: ἄλλος ἄλλῃ.

ead. l. 6. Τὴν μικρολογίαν) Idem: τὴν σμικρολογίαν, Attice.

ead. l. 9. Ἀποσβεσθῆναι) Idem: ἐπισβεσθῆναι.

ead. l. 10. Ὀστραίνεσθαι) Idem: ὀσφρεῖσθαι, male.

ead. l. 11. Ὑποσχόμενος) Idem: ὑπισχνούμενος.

Pag. 242. *l.* 1. Γίγνομαι κατὰ τὴν Ποικίλην) Idem: γίγνομαι καὶ κατὰ τὴν Ποικίλην.

ead. l. 3. Συνεστηκὸς) Idem: ξυνεστηκός.

ead. l. 4. Ἐν τῷ ὑπαίθρῳ) Idem : ὑπαιθρίῳ.

ead. l. 5. Ἐπὶ τῶν θάκων καθημένους) Idem & MS. 2955 : καὶ ἐπὶ τῶν θάκων &c. quod amplectitur Belinus.

ead. l. 7. Ἔτυχον γὰρ νεφέλην) MS. 2955 : νεφέλη.

ead. l. 9. Εἰς τὸν ἐκείνων τρόπον) MS. 3011 : ὡς τὸν ἐκείνων τρόπον.

ead. l. 11. Ὅστις εἴην) Veriorem lect. ſuppeditant MSS. 2955 & 3011 : ὅστις ἦν. Poſſis tamen etiam legere ὅστις ἂν εἴην.

ead. l. 13. Ἐκθύμως πάνυ) Alterutrum horum verborum, ut a gloſſemate ortum, expungi vult Belinus. MS. 3011 delet ἐκθύμως.

Pag. 243. *l.* 1. Τὸ Σαρδώνιον ἐπιγελῶν) Idem : ἐπιμωκιῶν, pro quo Belinus reſcribit ἐπιμωκίζων. Suidas μωκίζω interpretatur ἐμπαίζω.

ead. l. 6. Οὐδὲν ἄλλο, ἢ μηδὲ ὅλως) Idem : οὐδὲν, ἀλλὰ μηδὲ ὅλως.

ead. l. 9. Συνηγωνίζετο) Idem : ξυνηγωνίζετο.

ead. l. 14. Εἰς τὸν Δάμιν) Idem & MS. 2955 : ἐς τὸν Δ.

ead. l. 16. Τὴν συνουσίαν) MS. 3011 : ξυνουσίαν.

ibid. Εἰς τὴν ὑστεραίαν συνθέμενοι εἰς τέλος) Idem & MS. 2955 : ἐς τὴν ὑστεραίαν ξυνθέμενοι ἐς τέλος.

Pag. 244. *l.* 1. Ἐπεξελεύσεσθαι τὸ σκέμμα) MS. 3011 : ἐπισκοπῆσαι τὸν λόγον, ex gloſſa procul dubio.

ead. l. 3. Παρ' αὐτοὺς) Videntur haec interpretamentum eſſe praecedentis vocis οἴκαδε, adeoque inducenda. MS. 3011 : παρ' αὐτοῖς.

ead. l. 7. Συνεκάλεσα) Idem : ξυνεκάλεσα.

ibid. Εἰ λογίσεσθε) Idem & MS. 2955 : εἰ λογιεῖσθε, Attica forma.

ead. l. 9. Εἰδ' οὗτοι πείσθειεν) MS. 3011 : προσθεῖεν, vitioſe.

ibid. Μηδὲ ὅλως θεοὺς εἶναι) Idem : μηδὲ ὅλως ἡμᾶς εἶναι.

ead. l. 11. Τὰ ἐκ γῆς) Idem : τὰκ γῆς. Durior craſis.

Pag. 245. *l.* 4. Τὰ παρ' ἡμῶν αὐτῷ) Idem : αὐτῶν, male.

ead. l. 9. Τῶν ἠγγελμένων) Idem : τῶν ἐπηγγελμένων.

ead. l. 11. Καὶ γαῖα γένοισθε) Idem : γένησθε, male.

ead. l. 12. Λέγειν δοθείη) Idem : δοθείη λέγειν.

Pag. 246. *l.* 1. Ὦ θεοὶ πάντες) Deeſt πάντες in eodem libro.

ead. l. 2. Προσεδόκων) Leg. προσεδόκουν.

ead. l. 4. Ἀναφυήσεσθαι) MS. 3011 : ἀναφύεσθαι.

ead. l. 5. Τὴν αἰτίαν τῆς τόλμης) MS. 2955: τὴν τῆς τόλμης αἰτίαν, melius.

ead. l. 7. Διαδόχοις τῶν δογμάτων) MS. 3011: τῶν λόγων.

ead. l. 8. Ἢ τί γὰρ αὐτοὺς ἀξιώσειε) Idem: ἢ τί γὰρ ἂν αὐτοὺς &c. melius.

ead. l. 12. Προτιμωμένους) MS. 2955: προτετιμημένους.

Pag. 247. *l.* 3. Ὅταν ἀκούωσι) Idem & MS. 3011: ἀκούσωσι.

ead. l. 4. Ὡς διαβὰς τὸν Ἅλυν) Iidem: ὡς διαβάς τις τὸν Ἅλυν.

ead. l. 5. Εἴτε τὴν αὐτοῦ) Belinus legit αὖτοῦ, adſpirate.

ead. l. 8. Γυναικῶν τέκνα ἦσαν) MSS. 2955 & 3011: τέκνα γυναικῶν ἦσαν.

ead. l. 9. Τῶν ῥαψῳδῶν) MS. 2955: ῥαψῳδίων.

ead. l. 13. Καὶ ἐν οὐδενὶ λόγῳ τίθενται) Elegantius omittitur λόγῳ in MS. 3011.

Pag. 248. *l.* 5. Τῷ συλλόγῳ) Idem: τῷ ξυλλόγῳ.

ead. l. 9. Οἵ τινες αὐτῶν &c.) MS. 2955: εἴ τινες αὐτῶν οἱ φαῦλοι, ἢ εἴ τινες οἱ χρ.

ead. l. 10. Ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις) Idem: ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν, Attice.

ibid. Εἰ γοῦν) MS. 3011: εἰ οὖν.

ead. l. 11. Εἰς Ἀθήνας) Idem: ἐς Ἀθήνας.

ead. l. 12. Τῇ σῇ προνοίᾳ) Deficit in eodem σῇ.

ead. l. 13. Τῶν ὁδῷ βαδιζόντων) Idem: τῶν παροδοιπορούντων. Hoc verum; vulgatum videtur interpreratio eſſe τοῦ παροδοποιούντων.

Pag. 249. *l.* 5. Εἰς τοὺς πόνους) Idem: ἐς τοὺς πόνους.

ead. l. 6. Ἐφρόντισας) Idem: ἐφρόντιζες.

ibid. Τῆς Ὑδρας) MS. 2955: τι τῆς Ὑδρας, perperam.

ead. l. 8. Τἀληθῆ λέγειν) Idem: τἀληθὲς λέγειν, minus bene.

Pag. 250. *l.* 1. Περὶ τοὺς βωμοὺς) MS. 3011: παρὰ τοὺς β. MS. 2955: κνισσῶσαι θέλοι παρὰ τοὺς βωμούς.

ead. l. 2. Ὡς ἂν τύχοι) MS. 3011: τύχῃ.

ibid. Παρασυρόμενα) Idem: παρασυρόμεθα.

ead. l. 4. Εὑρίσκωσιν) Idem: εὑρίσκουσιν, minus bene.

ead. l. 8. Ἡμετέρους συνηγόρους) Idem: ξυνηγόρους.

ead. l. 9. Ἰᾶσθαι τὰ τοιαῦτα) Idem & MS. 2955: ἰᾶσθαι ταῦτα.

ead. l. 12. Ὑμῶν ἔτ' εὐτυχούντων) Ὑμῶν ἔστι ſcil. κίν-

δυνος, legit Belinus. MS. 2955 exhibet ὑμῶν ἔτι. MS. 3011 : ἔτι τε εὐτυχούντων.

Pag. 251. *l.* 2. Συμβουλεῦσαι) MS. 2955 : ξυμβουλεῦσαι, & mox ξυμβούλου.

ead. l. 3. Ὅπερ οἱ ἄλλοι, εὖ οἶδ' ὅτι) Idem : ὅπερ οἱ ἄλλοι, καὶ τοῦτο εὖ οἶδ' ὅτι.

ead. l. 5. Ἐγὼ τὰ μὲν ἄλλα) Idem & MS. 3011 : ἐγὼ δὲ τὰ μὲν ἄλλα.

Pag. 252. *l.* 2. Ἐπεὶ εἴ γε μοι) MS. 3011 : ἐπείτοι γε εἴ μοι, melius.

ead. l. 4. Ἐξ Ὀλυμπίας) Idem & MS. 2955 : ἐκ Πίσης.

ead. l. 6. Ἐν Γεραιστῷ) MS. 3011 : ἐν Χωρεστῷ, male.

ead. l. 7. Ὑφαιρούμενον) MS. 2955 : ἀφαιρούμενον.

ead. l. 9. Καὶ δι' αὐτὸ) MS. 3011 : καὶ διὰ τοῦτο.

ead. l. 12. Δόξομεν) Idem : δείξομεν, mendose.

Pag. 253. *l.* 1. Σύντομον) Idem : ἐπίτομον.

ead. l. 4. Προαναιρεῖν) MS. 2955 : προαναιρήσειν.

ead. l. 5. Ὡς ἀποθάνῃ) MS. 3011 : ἀποθάνοι.

ead. l. 10. Τι συμφέρον εἰς) Idem : τι ξυμφέρον ἐς.

Pag. 254. *l.* 4. Ἐς τὸ τῶν δώδεκα) Idem & MS. 2955 : ἐς τὸ ἐπὶ τῶν δώδεκα, male.

ead. l. 5. Μειρακιεύου) MS. 3011 : μειρακεύου, vitiose.

ead. l. 6. Μὴ αἰδεσθεὶς) Idem : μηδὲν αἰδεσθεὶς, melius. MS. 2955 : αἰδεσθῆς.

Pag. 255. *l.* 8. Ἔοικε χρηστὸς ἀνὴρ) MS. 3011 : ἐστὶ χρηστὸς ἀνήρ.

ead. l. 9. Ἠρίβωκε τοὺς Στοϊκοὺς) Idem & MS. 2955 : ἠκρ. τοὺς τῶν Στοϊκῶν, quod praeplacet.

ead. l. 14. Ὀφλισκάνειν) MS. 2955 : ὀφλισκάνει.

Pag. 256. *l.* 2. Συνεῖναι) MS. 3011 : ξυνεῖναι. MS. 2955 : συνειδέναι.

ead. l. 6. Οὐκ ἀποσαφῶν) MS. 3011 : οὐκ ἀποσαφηνίζων, quod praeoptat Belinus.

ead. l. 8. Οὐ συνιέντες) Idem : οὐ ξυνιέντες.

ead. l. 9. Καὶ τούτου μάλιστα ποιεῖσθαι πολλὴν τὴν πρόνοιαν) Idem : καὶ τούτου μ. πολλὰ ποιεῖσθαι τὴν πρ. MS. 2955 : πολλὴν ποιεῖσθαι τ. πρ.

ead. l. 10. Ὡς συνήσουσιν) MS. 3011 : ὡς ξυνείσουσιν.

ead. l. 13. Τοὺς σαφῶς λέγοντας) Idem : τοὺς καλῶς λέγοντας.

ibid. Ποιεῖς σὺ τοῦτο) Idem : ποιεῖς αὐτὸ σύ.

Pag. 257. *l.* 3. Συμβουλεύσις) Idem : ξυμβουλεύεις.

ead. l. 4. Τῆς Τιμοκλέους) Idem & MS. 2955: τῆς τοῦ Τιμοκλέους, melius.

ead. l. 5. Συνήγορον) MS. 3011: ξυνήγορον.

ead. l. 9. Συνήγορον ἐν συνουσίᾳ) Idem: ξυνήγορον ἐν ξυνουσίᾳ.

ead. l. 14. Συνιέντα ὅ, τι ἀκούσειε) Idem: ξυνιέντα. In seqq. ἂν ante ἀκούσειε inseri, vel hoc in ἀκούσει mutari iubet Belinus.

Pag. 258. *l.* 5. Οἶσθα γάρ που) Idem: γὰρ δήπου, melius.

ead. l. 11. Ὅμως, ὦ τέκνον) Idem: ὅπως, corrupte.

ead. l. 14. Εἰ μὴ ἔχοις) Idem: ἔχεις.

ead. l. 15. Ἢ Κολοφῶνι) Idem & MS. 2955: ἢ ἐν Κολ. quod praevalet.

Pag. 259. *l.* 5. Λέγε, σαφῆ δὲ μόνον) MS. 2955: λέγε μόνον, σαφῆ δέ.

ead. l. 6. Συνηγόρου) MS. 3011: ξυνηγόρου.

ead. l. 7. Καὶ χελώνη) MS. 2955: ἢ χελώνη, male.

ibid. Ἕλκεται) MS. 3011: συνέλκεται.

ead. l. 10. Οἱ ὀφθαλμοὶ) Idem & MS. 2955: καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ, & mox καὶ κόμη, tum καὶ κίνημα.

Pag. 260. *l.* 15. Ὅ, τι καὶ λέγει) MS. 2955 lectionem secuti sumus. Vulgo enim habetur λέγοι.

Pag. 261. *l.* 1. Γόητα μὲν εἶναι) MS. 3011: γόητα μὲν οὖν εἶναι.

ead. l. 2. Ἡμᾶς δὲ) MS. 2955: ὑμᾶς δὲ, melius, iudice Belino.

ead. l. 5. Οὐκ ὀκνήσω ὅμως) Idem: οὐκ ὀκνήσω σοὶ ὅμως.

ead. l. 9. Ἦν δέ τι — ἀποβαίνῃ) Idem: ἀποβαίη, non bene.

ead. l. 12. Ἰὼ Ἡράκλεις) MS. 3011: ὦ Ἡρ.

Pag. 262. *l.* 1. Ἐνὶ πονηρῷ) Idem: ἐπὶ πονηρῷ, quomodo edd. vett. excepta *Fl.* omnes; idque retinendum censet Belinus.

ead. l. 3. Τούτων συμπεσόντων) Idem: ξυμπεσόντων.

ead. l. 6. Ἴσως ἦν τι πρᾶξαι) Idem: ἴσως ἄν τι καὶ πρᾶξαι.

ead. l. 8. Ἄμοιροι) MSS. 2955 & 3011: ἄκυροι, ex glossa.

ead. l. 9. Οὐκοῦν καὶ ὁπότε) Ex iisdem MSS. recepimus καὶ, quod deest in vulg.

ead. l. 11. Καὶ μάλα) MS. 3011: καὶ μάλιστα, minus bene.

Pag. 263. *l.* 1. Εἰ μὴ — δεδογμένον ᾖ) MSS. 2955 & 3011: ἢν μὴ &c. melius.

ead. l. 5. Ὁ κωμικὸς) Iidem : ὁ κωμῳδός.

ead. l. 6. Τὰ ὑμέτερα) MS. 3011 : τὰ ἡμέτερα.

ead. l. 8. Κάτειμι εἰς τὸν ᾅδην) Idem : ἐς τὸν ᾅδην ἄπειμι.

ibid. Ὅπου με γυμνὸν ἔχοντα τὸ τόξον) Idem : ὅπου γε γυμνὸν τὸ τόξον ἔχοντα, melius.

ead. l. 11. Φασὶν) Idem : φησίν.

ibid. Ἀπέσωσας γοῦν) Idem & MS. 2955 : ἀπέσωσας γ' ἂν οὖν, male.

ead. l. 13. Ὁ εὔγραμμος, ὁ εὐεπίγραφος) Verba ὁ εὐεπίγραφος interpretationi deberi ſuſpicatur Belinus, neque ea comparent in MS. 2955.

Pag. 264. *l.* 1. Ὁ παρὰ τὴν Ποικίλην) MS. 3011 : ὁ περὶ &c. perperam.

ead. l. 2. Ἐκματτόμενος) MS. 2955 : περιπλαττόμενος, ex gloſſa.

ead. l. 4. Ἀναγγέλλεις) Idem & MS. 3011 : ἀπαγγέλλεις, melius.

ead. l. 9. Χαλκουργῶν ὕπο) MS. 3011 : χαλκουργῶν ἵππῳ, unde ἵπω, *prelo*, confici poſſe, monet Belinus. In MS. 2955 peſſime legitur : ἀρτι ἔτι ὑποπιττούμενος.

Pag. 265. *l.* 1. Δάμιν τε καὶ) MS. 3011 : Δάμιν τε καὶ Τιμόκλην.

ead. l. 2. Παύου) Idem : παύε.

ibid. Τραγῳδῶν) Idem : ἰαμβίζων.

ead. l. 4. Συγκροτεῖται) Idem : ξυγκροτεῖται.

ead. l. 5. Ἔτι ἦσαν) MS. 2955 : ἐπῆσαν, vitioſe.

ead. l. 7. Ἢ ἀκροᾶσθαι ἐπικύψαντας) Idem : ἢ ἀκροᾶσθε ἐπικύψαντες.

ead. l. 11. Ὁ δὲ Τιμοκλῆς οὗτος) MS. 3011 : αὐτὸς, approbante Belino.

Pag. 266. *l.* 1. Μὴ Δάμις γε πύθηται) Idem : μὴ Δάμις πεπύθηται, melius certe.

ead. l. 9. Ἐπίχει) MSS. 2955 & 3011 : ἐπήχει, male.

ead. l. 11. Ἀποφανεῖ) MS. 2955 : ἀποφαίνεις, mendoſe.

ead. l. 13. Σοι πρότερον) MS. 3011 : σε πρότερος. Leg. σοι πρότερος.

Pag. 267. *l.* 4. Ταῦτα πάντα) Idem : ταῦτα ἅπαντα. Verius MS. 2955 : τὰ πάντα.

ead. l. 11. Εἶτ' ἄνθρωποι) MS. 2955 : ἰὼ ἄνθρωποι.

Pag. 268. *l.* 3. Διατεθήκασι) Scr. διατεθείκασι, auctoribus MSS. 2955 & 3011.

ead. l. 5. Μετίασι) MS. 2955 : μετίωσι, vitioſe.

ead. l. 6. Ἀγάγοιεν) Idem & MS. 3011: ἄγοιεν.

ead. l. 10. Ἵνα μὴ βλασφημεῖν καὶ αὐτὸς) MS. 3011: ἵνα μὴ καὶ αὐτὸς βλασφ.

ibid. Παρὰ τὰ συγκείμενα) Idem: περὶ τὰ ξυγκείμενα.

ead. l. 12. Τῆς ἑαυτῶν) Idem & MS. 2955: τῆς αὐτῶν, minus bene.

Pag. 269. *l.* 1. Ἐπὶ δαῖτα) MS. 3011: μετὰ δαῖτα, quod est ipsius Homeri, Iliad. I, 424.

ead. l. 3. Τί πρὸς τοσαύτην) MS. 2955: τί πρὸς ταύτην, cuius lect. nulla tamen habenda ratio.

ibid. Εἴποιμι) Rectius MSS. 2955 & 3011: εἴποιμι ἄν.

ead. l. 13. Προνοίας ἔργα εἶναί μοι δοκεῖ) MS. 3011: οὐ προνοίας ἔργα σοι δοκεῖ; quod vulg. praefert Belinus.

ead. l. 14. Συναρπάζεις) Idem: ξυναρπάζεις.

ead. l. ult. Ἐπιτελεῖται) Idem & MS. 2955: ἀποτελεῖται, melius.

Pag. 270. *l.* 3. Συνίστασθαι) MS. 3011: ξυνίστασθαι.

ead. l. 4. Ὀνομάζεις τὴν ἀνάγκην) Abundat art. néque agnoscitur a MS. 2955.

ead. l. 5. Εἴ τις σοι μὴ ἀκολουθοίη) MS. 3011: εἴπερ σοι μὴ ἀκολουθείη, male.

Pag. 271. *l.* 1. Συνομολογήσουσι) Idem: ξυνομολογήσουσι.

ead. l. 3. Μέλει) Vulg. μέλειν. Lectionem a nobis receptam sua auctoritate firmat MS. 3011.

ead. l. 5. Μύθοις κατηχοῦσι) MS. 2955: κατέχουσι.

ead. l. 6. Ἡδέως ἂν ἀκούσαιμι) MS. 3011: ἡδέως ἂν καὶ ἀκούσαιμι.

ead. l. 8. Συνδῆσαι) Idem: ξυνδῆσαι.

ead. l. 10. Ἐλεήσασα τὸ γιγνόμενον) Idem: ὡς νοήσασα τὸ γιγνόμενον, quod, dum aliud verbi ἐλεεῖν cum accusativo rei proferatur exemplum, probat Belinus.

ead. l. 11. Συναρπασθεὶς) Idem: ξυναρπασθείς.

ead. l. 12. Τὴν εὐεργεσίαν) Idem: τὴν χάριν.

ead. l. 13. Ὄνειρον) Idem: ὀνείρου, vitiose.

Pag. 272. *l.* 2. Ἐπεσπάσατο) Idem & MS. 2955: ἐπεσπάσαντο.

ead. l. 5. Συμπεσόντες) MS. 3011: ξυμπεσόντες.

ibid. Ἀρρενές τε καὶ θήλειαι) Idem: οἱ ἄρρενές τε καὶ αἱ θήλειαι, cum art.

ead. l. 7. Ἅτε καὶ πεπονηκότα) Idem: ἅτε καὶ προπεπονηκότα.

ead. l. 10. Μεμψιμοιροῦσα) Idem: μεμψίμοιρος ουσα, magis Attice.

ead. l. 11. Ὑπὸ τοῦ Οἰνέως) Idem: ἐπὶ τοῦ Ὀ. male.

ead. l. 13. Ἆρα οὖν) Idem & MS. 2955: ἆρ' οὖν.

Pag. 273. *l.* 4. Οὐδ' Εὐριπίδης) Iidem: ὁ δ' Εὐριπίδης.

ead. l. 12. Ἐμβάτας) Sic etiam ſcribitur h. v. in MS. 2955, non ἐμβάδας.

Pag. 274. *l.* 2. Ἀκούσῃ αὐτοῦ) Idem: ἄκουσον.

ead. l. 5. Καὶ γῆν πέριξ &c.) Deſideratur hic verſus in MS. 3011.

ead. l. 8. Ὅστις ἐστὶν ὁ Ζεὺς) Omittunt ἐστὶν MSS. 2955 & 3011.

ead. l. 14. Συνίδοι) MS. 2955: συνείδοι.

ead. l. 15. Ὁ περὶ θεῶν λόγος) Idem: ὁ περὶ τῶν θεῶν λ. MS. 3011: ὁ περὶ τοῦ θεοῦ λ.

ead. l. ult. Πολλὴ γὰρ ἡ ταραχὴ) MS. 3011: πολλοὶ γὰρ οἱ ταραχοὶ, ortum ex abſurda verborum recentiori aevo pronuntiatione vitium.

Pag. 275. *l.* 5. Καίτοι μὲν ἅπασι) Idem & MS. 2955: καίτοι τοῦτο μὲν ἅπασι, bene.

Pag. 276. *l.* 2. Ἦν τὸν ἐν ποσὶ κίνδυνον) Iidem ante κίνδυνον inſerunt τοῦτον, quae mera eſt interpretatio antecedentium verborum τὸν ἐν ποσί.

ead. l. 10. Ἀμφήκης) MS. 3011: ἀμφήρης, quod Belino praeplacet.

ead. l. 11. Πρὸς ὁπότερον) Idem & MS. 2955: καὶ πρὸς ὁπ.

ead. l. 12. Ἢ τί μᾶλλον) Iidem: τί γὰρ μᾶλλον.

Pag. 277. *l.* 7. Ἐπισφάττεις) MS. 2955: ἀποσφάττεις, rectius.

Pag. 278. *l.* 3. Τὸ ἄμαχον κακὸν ἐπῆλθεν) Idem: τὸ ἄμαχον ἐπηχεῖ, omiſſo κακόν.

ead. l. 6. Ὥστε καὶ οὐκὶ) MS. 3011: ὅστε καὶ οὐχί.

ead. l. 10. Οὐδὲ βροντῶντος αὐτοῦ) Pro αὐτοῦ MSS. 2955 & 3011 legunt ἆρα.

ead. l. 12. Βροντῆς ἀκούειν) MS. 2955: ἀκούων.

ead. l. 15. Διηγοῦνται) Idem: διηγοῦντο.

Pag. 279. *l.* 11. Θελήσης) Idem: ἐθελήσης.

ead. l. ult. Ὁ ἄνεμος) Idem: ἢ ἄνεμος. Unde Belinus legit: ἢ ὁ ἄνεμος — ἢ οἱ ἐρέττοντες.

Pag. 280. *l.* 2. Ἐκυβέρνα δὲ εἷς τις) Idem inducit εἷς, idque merito.

ead. l. 4. Οὐκ ἂν ἔπλει) In MS. 3011 omittitur ἂν, male.

ead. l. 7. Εὖγε συνετῶς ταῦτα ὁ Τιμοκλῆς) Idem: εὖγε, ὦ Τιμόκλεις, ταῦτα, probante Belino, cui συνετῶς ex glossa verbi εὖγε in textum irrepsisse videtur.

ead. l. 10. Τὰ συμφέροντα) Idem: ξυμφέροντα.

ead. l. 13. Τι εἶχεν ἡ ναῦς) Idem: εἶχέ τι ἡ ναῦς.

ead. l. 16. Οἱ συνναῦται) Idem: οἱ ξυνναῦται.

Pag. 281. *l.* 1. Ἐς τὴν πρύμνην) Idem & MS. 2955: ἐς τὴν πρύμναν.

Pag. 282. *l.* 4. Ὅπως Σωκράτης μὲν) MS. 2955: ὅπως μὲν Σωκρ. MS. 3011: ὅπως μὲν σώματος, vitiose.

ead. l. 10. Γίγνεται) MS. 2955: γίνεται.

Pag. 283. *l.* 6. Συσσίτους ἔστιν οὓς ἀμείνους) Idem: συσσίτους εἶναι τοὺς ἀμ. MS. 3011: ξυσσίτους.

ibid. Καὶ συμβούλους ἐποίησεν ἂν) Idem: καὶ ξυμβούλους ἐποιήσατ' ἄν.

ead. l. 10. Τὴν κεφαλὴν) Idem: ἐς τὴν κεφ.

ead. l. 14. Ταυτὶ μὲν ἤδη) MS. 2955: ταυτὶ μὲν οὖν ἤδη.

Pag. 284. *l.* 5. Οὐκοῦν ἐπεὶ) Idem: ἐπειδή.

ead. l. 9. Ἴδοις γὰρ) Ἴδοις ἂν emendari vult Belinus; vel potius lectionem ed. *l.* ἴδε γὰρ restitui. In MS. 3011 est οἶδε, male.

ead. l. 10. Δυνατόν σοι περιτρέψαι) MS. 2955: δυνατόν γε περιτρ. MS. 3011: δυνατόν σε περιτρ. prave.

ead. l. 16. Γελάσιμον) MS. 3011: γελοῖον.

Pag. 285. *l.* 14. Οὗ τινος) MS. 2955: εἴ τινος, mendose.

ead. l. 15. Ἀπέκτεινας) MS. 3011: ἀπέπνιξας.

Pag. 286. *l.* 2. Λαβὼν ἀπέλθῃς) MS. 2955: ἀπέλθοις, perperam.

ead. l. 3. Ἀποδράσω) Idem & MS. 3011: ἀποσφάξω.

In Somnium seu Gallum.

Pag. 288. *l.* 3. Καὶ ἥδιστῳ ὀνείρῳ) MSS. 2955 & 3011: ὀνείρατι.

ead. l. 8. Ἀποκναίοντι) MS. 3011: ἀποπηγνῦντι.

Pag. 289. *l.* 2. Ἀμυνοῦμαι γὰρ εὐθύς σε) Idem: ἀμυνοῦμαι γὰρ ἀμέλει σε.

ead. l. 4. Νῦν γὰρ) MSS. 1428 & 2954: νῦν δέ.

ead. l. 5. Ἐν τῷ σκότῳ) MS. 2955: σκότει, minus Attice.

ead. l. 7. Ὁπόσον ἂν δυναίμην) Vulg. non legitur ἂν ante δυναίμην, quod restituimus iubentibus MSS. 2955 & 3011.

ibid. Ὡς ἔχοις) MSS. 1428 & 2954: ἔχῃς, vitiose.

ibid. Ὀρθρευόμενος) MSS. 2955 & 3011: ἐπορθρευόμενος, quod praeoptat Belinus.

ead. l. 8. Διανύειν) MSS. 1428 & 2954: προανύειν. MS. 2955: ἀνύειν.

ibid. Ἦν γοῦν) MS. 1428: ἠγοῦν, male. Belinus em. εἰ γοῦν propter ſeq. optativum ἐργάσαιο. MS. 3011 habet ἐργάσῃ.

ibid. Πρὶν ἀνατεῖλαι ἥλιον) MSS. 2955 & 3011: πρὶν ἀνίσχειν, magis Attice.

ead. l. 9. Προοδοῦ ἔσῃ τοῦτο ἐς τὰ ἄλφιτα) MS. 1428: ἵν' ἐσθίεις τὰ ἄλφιτα. MS. 2954: ἵν' ἐσθίῃς.

Pag. 290. *l.* 9. Ὁμόφωνος ὑμῖν) MS. 2954: ὑμῶν, minus bene.

ead. l. 10. Ἀλλ' ἀποτρέπετε) MSS. 2955 & 3011: ἀλλ' ἀποτρέποιτε, probante Belino.

ead. l. 13. Ἀνεγνωκέναι) MS. 1428: ἐπεγνωκέναι, minus apte.

Pag. 291. *l.* 4. Ὥσπερ σὺ τὸν ἀλεξίκακον) MS. 2955: ὥσπερ σὺ νῦν τὸν ἀλεξ. Sed videtur νῦν temere repetitum ex antec. ὥσπερ ἐγὼ νῦν.

ead. l. 8. Ἐμαντεύετο) MS. 3011: ἐμαντεύσατο.

ead. l. 9. Ἡμιόπτα καὶ ἑφθὰ) MS. 1428: ἡμίεφθα καὶ ὀπτά. MSS. 2955 & 3011 conſentiunt quidem in ἡμίεφθα, ſed ὀπτὰ omittunt.

ead. l. 10. Λαλιστάτου) MS. 1428: καλλίστου, falſo.

ead. l. 11. Καὶ τὰ ἄλλα) MS. 3011: καὶ τἄλλα, Attice.

Pag. 292. *l.* 14. Ὡς Ἀλεκτρυών τις — γένοιτο — συμπίνοι — συγκωμάζοι — κοινωνοίη) Belinus reſcribit ἐγένετο — συνέπινε — συνεκώμασε (l. Attice ξυνέπινε — ξυνεκώμασε) — ἐκοινώνει, quoniam ὡς h. l. ὅτι, non ἵνα valet.

Pag. 293. *l.* 1. Ὁπότε γοῦν ἀπίοι) MS. 2955: εἴποτε γοῦν ἀπίοι, bene.

ead. l. 4. Μὴ κατιδὼν ἐξείπῃ) MSS. 2955 & 3011: ἐξείποι, perperam.

ead. l. 6. Ὁπότε φαίνοι) MS. 2955: ὁπότε φαίνει. MS. 3011: ὁπότε ἀνίσχοι. Sed εἴποτε φαίνοι, l. ὁπότε φαίνοι ἂν, ſ. φαίνοιη ἂν legit Belinus.

ead. l. 13. Μεμηχάνητο) MS. 2955: ἐπεποίητο.

ead. l. 16. Ἐπὶ τῇ κεφαλῇ) Idem: ἐν τῇ κεφ. minus bene.

Pag. 294. *l.* 1. Ἀνατέλλοντα) MS. 3011: ἀνελευσόμενον, ex gloſſa.

ead. l. 5. Ἑτεροῖόν τι ἐγένετο) Idem: γέγονε.

ead. l. 8. Οἶσθα ἄρα τὸν Πυθαγόραν) Idem: ἀκούεις τινα Πυθαγ. Vulgatum ſervat MS. 2954; ſed ἆρα inrerrogat. exhibet.

ead. l. 15. Εὔφορβος γένοιτο) Belinus em. ἐγένετο. Vid. ad pag. 292.

Pag. 295. *l.* 4. Ὦ ἀγαθὲ) MSS. 2955 & 3011: ὦ 'γαθὲ, Attice.

ead. l. 6. Τοῦτ' αὖ μακρῷ — τερατωδέστερον) MS. 2955: ταῦτα μακρῷ — τερατωδέστερα. MS. 1428: μικρῷ, mendoſe.

ead. l. 15. Ὅ, τι σοι παραβάλοιμι) Ὅ, τι ἂν σοι παραβάλοιμι corr. Belinus.

Pag. 296. *l.* 3. Καὶ ἄλλῳ εἶναι) MS. 1428: καὶ ἄλλος, minus bene. MS. 2955: ἄλλον εἶναι.

ibid. Ἢ Πυθαγόρα ὄντι &c.) MS. 1428: ἢ Πυθαγόρειόν τι νενομικέναι, male.

ead. l. 10. Ἀλλ' εἴ σοι φίλον) MSS. 2955 & 3011: πλὴν ἀλλὰ εἴ σοι φ.

Pag. 297. *l.* 8. Ὡς ὁ ποιητικὸς λόγος) MS. 1428 addit φησὶν, quo tamen nihil opus.

ead. l. 14. Οἷον οὖν) MSS. 2955 & 3011: οἷον γοῦν.

Pag. 298. *l.* 7. Τὸ μεμνῆσθαι, καὶ διεξιέναι τι) Ita iidem libri cum ed. *B.* 4. Vulg. τὸ μεμνῆσθαί τι, καὶ διεξ. τι.

ead. l. 11. Ἀποψήσῃ) MS. 2955: ἀπομάξῃ.

Pag. 299. *l.* 11. Μέταλλα ὅλα χρυσίου) MS. 3011: χρύσεια, melius.

ead. l. 13. Οἵαν τὴν αὐγὴν) MS. 2955 ἢ ante haec verba habet, quod probat Belinus.

Pag. 300. *l.* 13. Οἶσθα) Plenius in MS. 1428 legitur: καὶ τοῦτο αὐτὸς οἶσθα.

ead. l. 14. Ἥκειν ἐκέλευε) MS. 2955: ἐκέλευσεν ἥκειν.

Pag. 301. *l.* 1. Πεινάσας) Idem: πεινήσας.

ead. l. 2. Ἥκες) MS. 1428: ἥκεις.

ead. l. 8. Διὰ νύκτα) Idem: κατὰ νύκτα, ex gloſſa.

ead. l. 12. Πάντα) MSS. 2955 & 3011: ἅπαντα.

ead. l. 13. Προάγοντα) Iidem: ἀναπλάττοντα, quam genuinam lect. cenſet Belinus.

ead. l. 16. Ἐπεὶ δὲ σὺ προθυμῇ) MS. 1428: προθυμεῖς.

Pag. 302. *l.* 1. Παρὰ πλουσίῳ) Idem: πλησίῳ, vitioſe.

ead. l. 4. Ἐν πενιχρῷ τῷ τρίβωνι) MS. 3011: σὺν τριβακῷ τῷ τρίβωνι.

ead. l. 10. Αὐτὸς εἶπη) MSS. 2955 & 3011: αὖθις εἴπῃ, melius. Vulgatum αὐτὸς otioſum eſt.

ead. l. 15. Αἰῶνα μήκιστον) MS. 2955: ἀγῶνα μέγιστον. MS. 3011: αἰῶνα μέγιστον.

ibid. Συνεχὲς) MS. 2955: συνεχῶς, minus bene.

Pag. 303. *l.* 3. Ἐμαυτὸν ἀπορρίψας) Idem & MS. 3011: ἀποῤῥύψας & ἀπορύψας.

ead. l. 10. Ἐνεχρέμπτετο) Iidem: ἐχρέμπτετο.

Pag. 304. *l.* 6. Ἐθέλῃς) Sic MSS. 1428 & 3011, rectius, quam quod est in vulg. ἐθέλοις.

ead. l. 13. Καὶ ἀπόντι) MS. 1428: ἀπόντος, prave.

ibid. Ἐπέσταλτο) Idem & MS. 3011: ἀπέσταλτο.

Pag. 305. *l.* 3. Ὡς σὺ χώραν ἔχῃς) Iidem & MS. 2955: ἔχοις, non male; ὡς enim h. l. valet ἵνα.

ead. l. 7. Οὐκ ἀπραγμόνως, νὴ Δία) MSS. 2955 & 3011: μὰ Δία.

ead. l. 11. Ἐμὲ κατακλίνουσι) Iidem: ἐμὲ ὑποκατακλίνουσι.

ead. l. 15. Καὶ γελωτοποιοὶ) Iidem non incommode addunt μεταξύ.

Pag. 306. *l.* 5. Καὶ τοιαῦτα πολλὰ) MS. 2955: καί τοι τοιαῦτα. In MS. 3011 deest καί.

ead. l. 8. Τὸ δεῖπνον) MS. 2955: τὸ δειπνεῖν.

ead. l. 11. Ἄκουε δή) MS. 3011: ἄκουε δὴ ἤδη.

ead. l. 13. Προσκαλέσαντα) MS. 2955: προκαλέσαντα, mendose.

ead. l. ult. Ἀέναον) Rectius MSS. 1428 & 3011 exarant ἀένναον.

Pag. 307. *l.* 4. Καὶ περίϊππευον) Iidem: προϊππευον.

ead. l. 7. Ἐξημμένος) Ex MS. 3011. Vulg. ἐξημμενους.

ead. l. 9. Συνεκομίζετο) Idem: ἐσεκομίζετο.

ead. l. 12. Εἰσκομιζομένου) Idem: ἐσκομιζομένου.

ead. l. 15. Ὑπηνέμιον φέρεσθαι) Idem: ὑπήνεμον. MS. 1428: φέρειν.

Pag. 308. *l.* 5. Τὸ πολὺ κεκτῆσθαι) Sic MS. 2955. Vulg. artic. deest; quem tamen praestat adesse.

ead. l. 7. Ἄργυρον) Idem: ἀργύριον.

